DE QVALITATIBVS PRAELATIVIS, ET ORDINE SERVANDO INTER VOCATOS, præsentatos, & oppositores ad Capellanias seu Beneficia Iurispatronatus, & alia quæ per concursum prouidentur.

ET si Cæsar Lambert. in suo amplissimo tract. de Iure patronat. 3 part. lib. 2. q. 4. & 5. cum suis articulis, & posteum Iulian Viuian. in praxi Iuris patr. 2. parte lib. 12. cap. 11. & sequentibus Perez de Lara lib. 2. de anniuers. cap. 3. nō nullas prælationis causas, & rationes retulerint, quam plurimas tamen, ordinem que, inter eosdem præsentatos seruandum omisere. Ex quo frequentissimæ lites, ac dubia in tribunalibus Ecclesiasticis quotidie oriuntur, vnde ego, causas, & casus, ordinēque ab his doctissimis uiris prætermissum supplere, & digerere fructuosum fore ratus, quem quisque locum obtinere debeat pro viribus demonstrare curabo, multis pro rei ornatu, & illustratione additis atque congestis tam ex Sacræ Rotæ Romanæ nouissimis, & recentioribus decisionibus, quam ex grauissimorū Doctorū elucubrationibus, ex quibus hæc materia omni ex parte fæliciter absoluta hoc breui compendio Lector optime tibi reddetur.

1 PRæsupponendo ante omnia conditiones in fundationibus horum Beneficiorum appositas, quatenus honestæ, & iure tolerabiles fuerint, necessario seruādas esse ex *Socino Cons. 30. num. 4. lib. 3. Roch. de Curte in tract. de iure patr. verbo pro eo quod dotauit. quæst. 12. Lamb.* Eodem tract. *lib. 1. part. 1. quæst. 9. num. 109. & lib. 2. 3. part. quæst. 5. art. 1. in fin. Rota Romana apud Farinac. decis. 582. n. 1. centur. 6. Iulian. Viuian. in sua paaxi Iurispatr. 2 part. lib. 6. c. 6. n. 3.* & est *l. 9. tit. 6. lib. 1. Nouæ Recop.* ibi. *Mādamos que en tal*

en tal caso, ò otro semejante, se guarde lo que fuere ordenado en la fundacion de la Iglesia, ò Monasterio Ioan. Gutier. consil. 1. n. 1. & 2. & consil. 2. num. 1. & sequentib.

2 Vt igitur quæ præmittimus opere impleamus. Orsum imprimis facio ab expressim nominatis proprio nomine, qui extra controuersiam præferentur ita docente, *Modestino in l. cum ita alias incipit omnia 32. §. in fideicomisso 6. ff. de legat. 2. Ruinus cons. 101. n. 11. lib. 2. Alex. cõs. 123. n. 1. lib. 1. Card. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 9. nu. 8. Menoch. cons. 200. n. 6. & nu. 21. 22. & seq. lib. 2. & lib. 4. præsumpt. 95. num. 23. Marcus Antonius Peregrin. cons. 65. num. 28. Ludou. Moroc. responso 91. num. 7. And. Fachin. consil. 35. num. 5. lib. 3. Perez de Lara lib. 2. de Anniuers. dict. cap. 3. n. 46.*

3 Eam namque vim habet, nominis proprij expressio vt ne recedatur à persona nominata haudquaquam patiatur, atque ita ea sola attendi debet, *l. turpia §. si pars,* & ibi notarunt omnes præcipuè *Ias. ff. de legat. 1.* latè comprobat *Aluar. Valasc. consult. 62. num. 3. part. 1.*

4 Et inter nominatos, ij qui secundum ordinem literæ à fundatoribus prius fuerint nominati regulariter præferendi erunt, vt constat ex d. *§. in fideicommisso,* per quem tex. ita in specie latè, & eleganter concludit, *Aluar. Valasc. consult. 121. ex num. 1.* vbi hunc tex. perpetuo signandum dicit, *Perez de Lara* vbi sup. *num. 47. & seqq.*

5 Est enim hoc argumentum ab ordine literæ in iure validissimum, in quacumque dispositione siue illa sit inter viuos, siue in vltima voluntate, ex eoque primo nominatus coniecturam prælationis, siue potioris iuris consequitur, *l. qui soluendo 60.* ibi, *is qui primo loco scriptus est hereditatem capit, ff. de herib. instit. l. quoties 34. ff. de vsufruct. l. cum pater, §. à te peto, ff. de leg. 2.* Latissime plurimis alijs iuribus, & exemplis illustrant dd. in *l. 2. §. prius, ff. de vulg. Simon de Prætis lib. 1. de interpret. deffuncti volunt. Solutione 5. nu. 18. Pacianus de probation. lib. 2. cap. 25. Ex num. 44. vsque ad 74. Mieres de maiorat. 2. part. in initio, num. 300.* cum multis seqq. *Caßanate cons. 57. num. 82. & cons. 45. num. 94. Castillo de vsufruct. lib. 1. cap. 40. nu. 17. Camillus Laratha, cons. 87. ex nu. 8. Cardin. Tusch. pract. lit. O. conclus. 196.* Eruditissimus *D. D. Ioan. Solorzan. de iure Indiar. 2. tom. lib. 2. cap. 22. n. 27. & 28.*

6 Et enim primo nominati eã præ cæteris prærogatiuam habent, vt magis dilecti censeantur, *l. Publius §. 1. ff. de condit. & demonst.* Exornant *Tiraquel. de primog. quæst. 40. n. 31. & 92. Molina lib. 2. de primog. cap. 11. num. 36. Perez de Lara d. cap. 3. num. 48. Menoch. lib. 4. præsumpt. 16. num. 3. & seq. Mascard. de proba. conclus. 67. Castillo d. cap. 40. nu. 17. & seq. D. D. Ioannes Baptista Valençuela,* Episcop. noster Salmantic. *cons. 113. num. 81. lib. 2.*

7 Item digniores quoque primo nominati cesentur, vt tradidit, *glos. in clem. 1. verbo Regum de baptismo,* quam ibi singularem dixit, *Abb. Siculus,* & plurimis alijs citatis, *Ioan. Montaigne in tract. de auctorit. Magni Consilij, num. 140. ad fin. Mieres de maiorat. 2. part. in initio n. 301. Card. Tusch. n. 15.* Sup. plures alios ref. *D. Solorzan. d. 2. tom. cap. 8. num. 20. in fin. Tiraq. de primog. quæst. 19. n. 20.*

8 Ex quibus infertur, quod si duo pluresvè fuerint nominati, prior nominatus ordine literæ, vt magis dilectus, & dignior præferendus erit,

erit, *d. l. quoties, ff. de vsufruct.* ibi. *Siquidem ita legatum fuerit Titio, & Mæuio, potest dici prius Titio deinde Mæuio legatum datũ, l. generaliter, §. quid ergo, ff. de fideicommiss. libert. l. cũ pater, §. a te peto, ff. de leg. 2. Lara d. n. 47.* Cæteri vero in subsidiũ prioris, & tanquam substituti censeri debent nominati, *Dec. consil. 440. n. 4. Tiber. Decian. respons. 63. n. 2. Mieres num. 304. sup. Aluar. Valasc. d. cõsult. 121. num. 3. 4. & 6.* vbi, *nu. 5.* post *Bald.* Scribit quòd si ex pluri
9 bus nominatis nõ potest aliqua res competere nisi vni tantum, competit primo nominato late *Peralta in d. §. in fideicommisso num. 5. Pacianus d. cap. 25. num. 42. Mieres sup. n. 303.* Quorum doctrinã satis probat tex. in d. *l. generaliter §. siquidem.* Et recte conuenit Beneficijs seu Capellanijs de quibus agimus; quæ non nisi vni conferri possunt, *cap. maioribus de præbend.* & tot. tit. *Vt Ecclesiast. Benefic. siue diminut. confer.* & late prosequitur, *Perez de Lara d. lib. 2. cap. 2. ex num. 29.*

10 Et non tantum expresse nominati alijs præferendi sunt quãdo priori loco nominati fuere verum, etsi in secundo, vel vlteriori loco nominentur, adhuc enim generaliter, collectiuè, vel appellactiuo nomine vocatis præferendi erunt arg. tex. in d. *§. fideicommisso l. Titius iuncta glos. ibi, ff. de liber. & posth.* cum alijs per *Mascard. d. cõclus. l. 67. n. 7.* Et latissimè probarũt. *Simon de Prætis lib. 3. de interpretand. defuncti volunt, dubit. 4. solut. 3. n. 4. & 5. Aluar. Valasc. d. consult. 121. n. 3. Mieres d. num. 304. Peralta in d. §. in fideicommisso, num. 5. & 6. Aluarad. de coniect. mente defuncti lib. 4. cap. 2. n. 17. vers. quod, & num. 24. ad fin. D. Solorzano d. 2. tom. de iure Ind. lib. 2. cap. 8. num. 36.*

11 Ex qua doctrina conuincitur veram non esse resolutionem, *Dec. cõsil. 320. num. 6.* quam vt notabilem sequitur *Mieres sup. n. 305.* dum ait quod collectiuè, siue appellatiuo nomine vocati prius, præferũtur alij nomine proprio, & specialiter vocatis per textum in *l. Si seruus communis 4. ff. de stipulat. seruor.* qui sane nihil ad remfacit.

12 Illud tamen verissimũ est, quod scripturæ Ordo minime attendi debebit quoties de contraria voluntare fundatoris constiterit, *l. quidã testamento, ff. de peculio legato*, nam vbi constat de mente loquentis, nõ est locus Ordinis coniecturis, *l. cũ pater §. fidei, ff. de legat. 2.* ibi, *Nam ordo scripturæ, non impedit causam iuris, ac voluntatem.* Ex pluribus resoluit, *Peralta in l. siquis in principio, n. 158. ff. de leg. 3. Perez de Lara supra nu. 47.*

13 Quia ordo intellectus magis semper considerari debet, quã scripturæ & tũc ordo attẽditur scripturæ, quando de mente, non constat, aut dubitatur, *Mieres supr. num. 38. Card. Tusch. num. 27. Aluar. Valasc. nu. 4.* Et alij sup. Et ita ex prædictis iuribus notat, *Ripa in l. ex facto §. si quis rogatus, num. 11. ff. ad Trebel.* quod secundo nominatus, si ex voluntate testatoris magis dilectus appareat, is extra dubium præferendus est, sequitur plurimis alijs citatis, *Burg. de Paz cons. 27. num. 21. ad fin. vers. tum, & quia, & num. 22. Gironda de priuileg. num. 1263. & seq.*

14 Cum autem in dubio scripturæ Ordo sequendus sit, & expresse nominati cæteris suo ordine præferẽdi, inde est quod si is peruertatur Ordo, veluti quia secundo, aut posteriori nominati loco, ommissis prioribus præsentetur, presentatio nulla erit, nec prioribus nocebit, etiamsi præsentati recepti fuerint, *cap. cum qui 7. de præb. in 6. cap. de duobus de rescriptis eodem lib. Rebuf. in tract.*

tract. nemiuation. quæst. 21. *num.* 10. *Camil. Laratha, conſ.* 87. *num.* 11. *&* 12. ea ratione quia conditiones à teſtatoribus preſcripte omnino ſeruandæ ſunt. *Rota apud Farinac. deciſ.* 582. *nnm.* 1. *cent.* 5.

25 Omnia tamen ſuperius dicta intellige dummodo prior nominatus idoneus ſit. Poteſtas namque nominandi, eligeudi, ac præſentandi generaliter alicui conceſſa, ſemper intelligēda eſt ſi idoneum uominauerit, elegerit, ſeu præſentauerit, *cap. cauſam quæ & ibi, Panor. not. Vlt. de electiõn. Decius, conſ.* 541. *n*4. *And. Fachineus, conſ.* 70. *num.* 39. *lib.* 1. *Marſilius conſ.* 93. *num.* 4. *Roland. de lucro dotis, quæſt.* 41. *num.* 15. inferẽtes, quod in dubio Summus Pontifex non præſumitur velle indignis prouidere, *Vincent. Carrot. deciſ.* 121. *num.* 16. Late in ſpecie plurimis citatis reſoluit, *Nicol. Garcia, de benefic.* 7. *part. cap.* 15. *num.* 12. *& ſequentibus.*

26 Et probat vulgaris regula quod omnis diſpoſitio de habilitate reſtringitur, *l. reſcriptum, l. Vt gradatim §. & ſi lege, ff. de muner. & honorib.* late, *Tiraquel. de primog. quæſt.* 23. *Mieres de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 48. *num.* 103. *Cardin. Tuſch. pract. liter. D. concluſ.* 505. per tot. & lit. H. *concluſ.* 2. *Vincent. Carrot. deciſ.* 59. *nu-* 27. Nec proximitas conſideratur, quãdo proximior eſt inhabilis vt

27 ex pluribus tradit, *Menoch. lib.* 4. *præſumpt.* 27. *n.* 17. *Mier. de maiorat.* 2. *p. q.* 4. *num.* 11.

Præterea confirmatur, quia ordo literæ tunc attenditur quando eſt conformis rationi iuris, aliàs ſecus, vt ex *Bald. in l. Veluti, num.* 7. *ff. de iuſt. & iure,* obſeruant, *Menoch. conſ.* 86. *num.* 23. *lib.* 1. *Caſtillo de Vſufructu, cap.* 40. *num.* 31. *Mieres ſupra num,* 414. At nihil à iuris ratione magis diſſonum erit, quam indignum aſſumere, & illum digno præferre: nam vt inquit tex. in *cap. eum qui* 18. *de præbend. lib.* 6.

18 Non debet eſſe ſtultus melioris conditionis quam peritus, & ibi, *gloſa* concordantes allegat, *l. Seruius ff. quod Vi aut clam Card. Mantica de tacit. & ambig. lib.* 21. *tit.* 3. *num.* 11. *Farinac. deciſ.* 64, *num.* 4. *in fin.* in criminalibus.

19 Vnde optime Rota Romana per eundem, *Farinat. deciſ.* 530. *num.* 11. *pert.* 1. Quod ſi præſentatus fuerit incapax, & inhabilis, eo ipſo intrat facultas alium nominaudi, perinde ac ſi ille non exraret, *l.* 1. *§. Vltim. Verſ. & quidem, ff. de liber. & poſth. l. multa in fin. ff. de condit. & demõſt. l.* 1. *§. ſed ſi patronus* ibi, *pro mortuo habetur, ff. de coniugend. cum emancipat. lib.* atque ita incapace exiſtente primo loco vocato, eo ipſo fit locus ſequenti, ac ſi primus non adeſſet, *l.* 1. *§. qui habebat,* & ibi, *Bart. num.* 3. *ff. de bono, um poſſeſ. contra tab* cum alijs adductis per *Molinam lib.* 1. *de primog. cap.* 9. *num.* 29. *& ſequentibus.*

20 Et hæc quidem inhabilitas non tantum intelligenda eſt circa perſonas eligendi, vel præſentandi, verum etiam circa qualitates in eis requiſitas, veluti ſi fundator præſentandum nobilem, pauperem, ſangnine purum eſſe, aut alicuius Vniuerſitatis gradu decoratũ, vel præsbyterij ordine inſignitum, aliquo ve loco oriundum fore diſponat, ſi enim aliqua ex his qualitatibus, in nominato, vel præſentato requiſita deficiat, quantumuis alias idoneus ſit, non tamen erit ad Beneficium, vel Capellaniam obtinendam, ac ob id excludendus erit iuxta doctrinam, *Bart. in l.* 1. *§. quod autem ait prætor, ff. ne quid in flumine publi-*

publico, Felin. in cap. 2. de rescript. Surdus. decis. 39. num. 2. & decis. 45. nu. 14. & decis. 305. num. 41. Ideoque qualitas respiciens habilitatē personæ erit probanda ab ea, & magis dicitur substantia, quam qualitas, *Aluar. Valasc. consult. 74. num. 9.* latè *Perez de Lara, lib. 2. de aniuers. cap. 4. num. 24.* Vbi per totū illud cap. agit de nobilitatis, & puritatis sanguinis probatione. Et de fundante se in qualitate paupertatis, vt illā teneatur probare docuit, *glos. in l. si vero, §. qui pro rei verbo dubitetur. vers. tut vult. excusari, ff. qui satisd. cogantur* latè *Couar. lib. 2. var. cap. 6. nu. 1. Menoch. lib. 6. præsumpt. 25. nu. 14. Farinac. decis. 782. num. 4.* in posthum. tom. 1.

21 In hac tamen re perpetuo notabis quod si primo nominatus dignus, & idoneus fuerit. Secundò autem loco dignior, & idoneior, non obid priori digno præferēdus erit, quia sufficit, quod idoneus sit ex *Tridētino sessione 24. de reformat. cap. 18. vers. quod si ius patronatus, Couar. in regul. peccatum 2. part. §. 7. nu. 5. Lessius, lib. 2. de iust. & iure cap. 34. dubit. 13. num. 58. Gutier. lib. 2. Canonic. quæst. cap. 11. num. 37. Petrus de Ledesma in Summa 2. part. cap. 2. difficultate 8. tract. 7. pagina 158. Rebellus de obligat. instit. 1. part. lib. 3. quæstione 4. num. 3. Zapata de instit. distributiua 2. part. c. 13.* per tot. *Mieres de maioratu 1. part. quæst. 48. num. 38.* & infra. *num. 49. & seqq.* dicitur.

22 Quod tamen intellige verum dū modo vterque simul præsentati, nō sint ex fundatoris dispositione, vel patrononum arbitrio, tunc enim Episcopus digniorem secundo loco vocatum, vel præsentatum instituere tenebitur, eique Capellaniā, seu Beneficium conferre. Vbicumque enim duo præsentati fuerint dignior necessario eligendus erit, nullo habito respectu an vnus primò, deinde alter præsentatus sit, vt post. *Arag. & Fratr. Emanuelem Roderic.* tradit, *Petrus de Ledesma sup. difficultate 10. versic. Digo lo tercero, pag. 156. Stephan. Gratian. decis. Marchiæ 97. num. 9.*

23 Secundo loco post expressim, & nominatim vocatos (eis deffficiētibus) præsentandi, ac instituendi erunt generaliter collectiuè; aut appellatiuo nomine vocati: hi etiā suo ordine: ita vt si vocati fuerint descendentes, & postea alterius lineæ consanguinei, illi prius admittendi erunt, & donec extincti fuerint ad aliam lineam transitus fieri non poterit quando maximè fundator ordinem maioratus, & fideicommissi perpetui tacitè, vel expresse seruari voluit iuxta tex. in d. *l. cum ità alias omnia 32. §. in fideicommisso, ff. de leg. 2.* ibi, *admitti possunt, qui nominati sunt, aut post eos omnes extinctos qui ex nomine deffūcti fuerint, &c.* cum notat. per *Molin. de*

24 *primogen. lib. 1. cap. 4. num. 17.* Et ita in specie. *Rota Romana apud Farinac. 1. part. decis. 521. num. 1.* decidit quòd præsentari non possunt ad ius patronatus vltimo loco vocati, nisi prius cōstito de obitu priorum; quia quando primus gradus ocupatus est, vlteriores conquiescunt, *l. quandiu, ff. de adquirenda hered. Molina de primogen. lib. 3. c. 10.*

25 Si vero consanguinei generaliter tantum vocati fuerint nulla expressa linea; aut consanguinitatis gradu, tunc proximior admittetur, siue ille sit ex linea descendentiū, siue collateralium, vt tradit. *Perez de Lara lib. 2. de Aniuersar. cap. 2. nu. 8.* propterea quod proximior semper magis dilectus censetur, quam remotior in quo non est ita feruentior amor, neque mutua dilectio-

nis affectio, vt inspecie tradit. *Ceuallos practic. commun. quæstione* 905. *num*. 50. *& seqq. lib*. 4. vbi, *num*. 55. reffert, *Ioan. Gutier. lib*. 2. *Canon. capit*. 11. *num*. 38. *& cons*. 26. *num*. 11. & *Manticam de coniectur. vltim. volunt. lib*. 8. *tit*. 5. *num*. 17. qui id procedere aiunt, non obstante etiam præsentatione Patroni, adde. *Nicolaum Garciam de Beenfic. part*. 7. *cap*. 15. *à num*. 16.

26 Hinc est quod si duo consanguinei sint vocati ad Capellaniam, & alter proximior fuerit, hunc Ordinarius excluſſo remotiori instituere tenebitur. *Lambertin. de iurepatron*. 3. *part. lib*. 2. *art*. 4. 5. *part. n*. 10. sequitur. *Ceuallos*, vbi proximè, *num*. 56. & tenent omnes, numero præced. citati.

27 Quod pulchrè ampliabis, vt procedat etiam si proximior, non tot qualitatib⁹ polleat sicut remotior, veluti quia iste est præsbyter, vel ætate maior, pauperior, & sic de similibus, proximior vero neque præsbyter sit, neque ætate maior, sed tantum minoribus Ordinibus insignitus, & quatuordecim annorum, nam adhuc proximior præferendus erit remotiori, vt per eundem. *Ceuallos lib*. 3. *commun. quæstione* 778. *à num*. 27. Et in proximiori paupere, vt præferatur remotiori consanguineo pauperiori post, *Cordubam in Summa de casos conscientia, quæst*. 72. concludit idem *Ceuallos d. quæst*. 905. *d. num*. 55. *ad fin*.

28 Et in hoc casu quando cōsanguinei simpliciter vocati sunt, tunc proximitas consideranda erit respectu fundatoris, non vero vltimi Capellani, etiam si fundator non vtatur pronomine, *meus mea meum*, vt tradit, *Lamb. de iurepatr. lib*. 2. 3. *part. quæst*. 5. *art*. 4. *num*. 15. sequitur, *Perez de Lara, lib*. 2. *de Aniuers. cap*. 2. *num*. 7. Vbi sæpe contingere ait, quod mortuo Capellano, relicto fratre in quo concurrit illamet qualitas sanguinis, & proximitatis respectu fundatoris nihilomin⁹ excluditur ab alio tertiò se opponente, & probante se proximiorē fundatori, & ibi limitat, vt procedat nisi vocationes ad Capellaniā fuerint ad instar maioratuum, & vocentur per verba de futuro posteri de familia, & nomine fundatoris. *Lamb. sup. & Cabedo, decis*. 51. *nu*. 4. *part*. 2. Eandem sentētiam ante eos tenuit, *Molina*, quem ipsi non referunt, *lib*. 3. *de primog. cap*. 10. *nu*. 42. Et ibi additio vers. ampliatur superior conclusio.

29 Sed quid dicendum si concurrant duo consanguinei ad Beneficium siue Capellaniam; alter tamen ex vtroque latere deffuncto coniunctus, alter vero ex vno tantum? In quo dubio distinguendum est, quod aut ille qui ex vtroque latere deffuncto coniuuctus illi proximior est, & tunc citra dubium præferendus erit, tum ob maiorem prædilectionem, tum etiam quia in eo concurrunt duo vincula, quæ vno fortiora sunt, *Auth. de hered. abintest. venient. §. quia vero collat*. 9. *auth. post fratres, C. de suis, & legitimis hered. auth. itaque C. commun. de succes*. Vbi frater vtrinq; coniūctus succedit fratri præ mortuo excluso fratre vterino, & ibi notant communiter DD. & in specie resoluit, *Ceuallos, d. quæst*. 778. *à num*. 27.

30 Et idem quoque resoluendū quādo illi duo consanguinei fuerint in æquali gradu adhuc enim duplici consanguinitate coniunctus prælationem habebit, vt per eundem, *Cauallos, d. lib*. 3. *quæst*. 761. *à nu*. 69. *vers. ex qua doctrina*, latè prosequitur videndus, *Perez de Lara, d. lib*. 2. *de Aniuers. cap*. 3. *à num*. 32. Ex ratio-

tionibus de quibus proxime.

31 Quorum sententia satis confirmari videtur ex illa cõmuni DD. assertione quod quando testator ad eius succesionem simpliciter vocat consanguineos, vel fratres solum intelliguntur cõsanguinei, vel fratres vtroque latere coniũcti, & non vterini per tex. in d. *Auth. itaque, C. communia de succesion.* & alia iura sup. citatã, ita post alios resoluunt. *Menoch. cons.* 187. *nu.*4. *vol.*2. *Anton. Gomez in l.*8. *Tau. nu.* 9. *&* ibi, *Tellus, num. fin. Velazquez de Auendaño, glos.*2. *Roxas de Succesion. cap.*6. *num.*11. *& cap.*32. *num.* 13. *Angulo de Meliorat. l.*11. *glos.*8. *num.*4. *in fin.* Et cum alijs quam plurimis, *Morquecho de diuisione bonor. lib.*4. *cap.*7. *num.*9. *& seqq. Ceuallos* vbi proxime, *nu.*33. *&* 34. Atque ita in specie Capellaniæ iudicatũ fuisse in fauorem vnius Oppositoris, qui duplici vinculo consanguinitatis erat testatori coniunctus testatur idem, *Ceuallos lib.* 2. *communium, quæst.*368. *num.* 21. *&* 23. & iterum d. *quæst.* 778. *num.*30.

32 Aut vero ille qni duplici consanguinitatis vinculo testatori coniunctus eidem proximior non est, sed alter ex vno tantum. Et in hoc casu quem ommiserunt DD. supra citati proximiorem cõsanguineũ, & si ex vno tantum laterefit, adhuc

33 præferendum esse existimo. Nam & si duo vincula vno fortiora sint, ratio tamen maioris dilectionis quæ in proximiore iure consideratur, illa duo vincula disrumpit, & ita limitatur commune illud dicteriũ quod duo vincula, duęvè rationes vna fortiores sunt, vtnõ procedat quotiesvna ratio potior, & fortior est duabus, *l. nam & si parentibus* 15. *ff. de inofficios. testam. l. scripto* 6. *in fin. ff. vnde lib.* notanent, *Cardin. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib.*12. *tit.* 17. *num.* 16. *Mandosius*, alios refferens in *Regula Cancelar.* 16. *quæst.*49. *n.* 8. & infra dicitur à num. 269.

34 Verum superiora declaranda, & intelligenda esse videntur, vt procedant eo tantum in casu quando fundator Capellaniæ, vel Beneficij tacitè vel expresè proximiores vocauit, cæterum si eos ommisit, & consanguineos tãtum expresit, tunc liberum erit patronis quos vellint præsentare, vel eligere etiã si remotiores sint, & alij proximiores non defficiant iuxta textum clarum in *l. vnum ex familia* 67. *§. itaque* 2. *ff. de leg.* 2. ibi. *Itaque si cum forte tres ex familia essent eius, qui fideicommißum reliquit, eodem vel dispari gradu, satis erit vni reliquisse, nam postquam paritum est voluntati cæteri conditione defficiunt, l. filius familias, §. cum pater, ff. de leg.* 1. plures congerit. *Tiraq. lib.* 1. *retract. §.* 1. *glos.*6. *num.*7. *Peralta in d. l. vnum ex familia, §. rogo num.* 14. & ibi quoque *Sarmiento in §. si de Falcidia* eodem, *nu.*14. *Anton. Gomez in l.* 40. *Tau. num.*41. *Molina lib.* 2. *de primog. cap.* 5. *num.*5. & ibi additio plures reffert, *Menoch. consil.*274. *num.* 3. *vol.* 3. *Cardinal Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib.*8. *tit.* 12. *nu.*15. *Caldas Pereira de nouatione, quæst.* 13. *nu.* 5. *ad fin.* quos & alios plures reffert & sequitur, *Mieres de maiorat.* 1. *part. quæst.* 72. *num.*2. quibus adde, *Ioan. Gutier. lib.* 2. *pract. quæst.* 67. *nu.* 3. *Ceuallos comun. quæst.*265. *num.*6. *&* 7. *Cordubam in Summa de casibus consientiæ, quæst.* 72. *vers. y aunque Fr. Emanuel Roder. in Summa* 1. *tom. verbo eleccion, cap.*116. *num.*8. *ad fin.* & in specie nostra aduersus, *Lambertin.* resoluit, *Mieres sup. num.*4.

35 Cæterum contrarium late deffendit, *Ceuallos, d. quæst.* 905. *nu.* 42. *& seqq.* inquiens decisionem d. §.

itaque

itaque ſolum procedere quando datur libera facultas, vel confertur diſpoſitio eligendi ſeu nominandi in liberum arbitrium eligentis, ex *Peregrino de fideicommiſsis, art.22.n.26.* Secus vero quando libera electio ſeu abſoluta facultas patrono, non fuerit data, ſed ſimpliciter dictum, quod nominatur, ſeu præſentetur conſanguineus, quia cum ea verba non denotent electionem abſolutam, ſed ſecundum ius in quo diſponitur, quod proximior præferatur remotiori, vt in toto titulo, ff. de ſuis, & legitimis hered. ita cũ ipſius iuris diſpoſitione teſtatorem ſe voluiſſe conformare credendũ

36 erit iuxta doctrinam, *Bart. in l. heredes mei, §. cum ita num.4. ff. ad Treb.* & communem quam reſoluit, *Tiberius, conſil.18, num.20. vol.1. Stephanus Gratian. diſcept. forenſ. cap. 419. num.10. Hieronym: Gonçalez, ad Regulam 8. Cancellar. gloſ. 5. num. 81.* & alij per eundem, *Ceuallos, nu.43.* Vbi & numeris ſequentibus alia in comprobationem adducit, & tandem, num. 56. ad fin. ita in Conſilio Domini Cardinal. Archiepiſ. Toletani pro hac ſentencia iudicatum fuiſſe teſtatur.

37 Quæ tamen opinio mihi non diſplicet, & illam veram eſſe arbitror in eo caſu quo loquitur Ceuallos. Cæterum ſi teſtator dixerit, quod patroni præſentent, vel teneantur præſentare conſanguineum ex familia ſua non addendo qualitatem proximioris, tunc libere poterunt præſentare ex conſanguineis quẽ voluerint etiam remotiorem, nec ad proximiorem præſentandũ adſtricti erunt iuxta regulam, tex. in d. *l. vnum ex familia, §. itaque,* & tradicta per DD. ſupra citatos, *n. 32.* & in hoc caſu procedit, & veriſsima eſt ſententia, *Mieres* de qua ibi, d. *num.4.* Ex qua reſolutione ſuperuacanea, & non neceſſaria videtur doctrina de qua Lara ſupra an proximitas attendenda ſit, rũ fundatoris vel vlt. Capellani, quia tantum vera eſſe poterit quando inſtitutor Capellaniæ proximiores vocaſſe conſtiterit.

38 Præd. tamen Mieres ſententiam limitandam eſſe cenſerem, vt tantum procedat in conſanguineis collateralibus fundatoris, ſecus vero in eiuſdem filijs, aut deſcendentibus ob cõiecturam pietatis de qua in *l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr. l. cum acutiſsimi C. de fideicom. l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtit. & ſubſtit.* quorum iurium diſpoſitio in ſumma amoris, & pietatis ratione fundata eſt, quæ proprie cadit in liberis, & deſcendentibus, quorum cauſa prima, & præcipua ſemper habetur, non vero collateralium, vti communem aſſerunt. *Socin. in d. l. cum auus, nu. 3. Tiraq. in l. Si vnquam verbo ſuſceperit liberos, num.266. Aluarad. de coniectur. mente deffuncti, lib.4. cap.1. nu. 6. Vincent. Fuſarcus de ſubſtit. quæſt. 321. num.4. & quæſt. 393. num. 83. & 105. & quæſt. 394.* quibus in locis plurimos alios DD. reffert. iuuat reſolutio de qua per *Girondam de priuilegijs, num. 1250. & ſeqq. & DD. Ioan. de Solorzan. 2. tom. de iure Indiar. cap. 22. à num. 44.* Quatenus filiorũ cauſam in omnibus diſpoſitionibus potiorem eſſe docet. Quare ſi filij aut alij deſcendentes fundatorum extiterint etiam longiſsimo gradu hi neceſſario præſentari, & inſtitui debebunt, & cæteris alijs conſanguineis præferri nec citra iniuriam omitti poterũt.

39 Quod ſi plures conſanguinei in eodem gradu extiterint tunc deueniendum erit ad qualitates de quibus late inferius agendum erit à numero 113. Et qui numero plures,

aut

aut maiores habuerit is vtique præferendus erit. Secundum optimam traditionem. *Decij cons.442. nu.12. & seqq.* vbi inspecie loquitur, & agnoscit etiam. *Anton. Gomez in d. l. 8. Tauri, num.7.* in principio quē inspecie quoque reffert, & ponderat. *Ceuallos, d. quæst. 905. num.39.*
40 *& 40.* Vbi quod ille qui secundum computationem Iuris Ciuilis, & Canonici proximior fuerit simul præferetur illiqui solum de Iure Canonico est in eodem gradu ex *Albano cons.40. vers. nullo, & Deciano consilio 71. num. 7. lib.3. Perezio de Lara, lib.2. de Anniu. cap. 3. n.32.*
41 Ex quo ibi à num. 37. & seqq. infert. *Ceuallos*, ad casum quando videlicet concurrerēt duo consanguinei quorum vnus est in tertio cum quarto gradu, alter vero in secundo cum quarto, vter eorū præferendus sit? Ad cuius casus resolutionem, ea vtitur distinctione. Quod aut vocatur consanguineus propinquior in gradu, vel consanguineus propinquior simpliciter nulla facta de gradu commemoratione. Vt priori casu cum computatio fiat à remotiori quilibet est iudicandus in 4. gradu, & sic aliæ circunstantiæ, & qualitates ad prælationem considerandæ sunt. In 2. vero casu cum non vocetur consanguineus in gradu propinquior, sed solū simpliciter propinquior, ille dicitur cōsanguineus propinquior qui est in 2. cum 4. gradu, magisquam ille qui est in 3. cum 4. gradu cum illa sit maior qualitas, & cōiunctio sanguinis. Hæc ille qui hanc distinctionem semper obseruasse dicit, & secundum eam iudicatum fuisse testatur, ibi num.41.
42 Verum ego, etsi in eo casu recte iudicatum agnoscam, illam tamen distinctionem potius verbalem, quam realem esse iudicio, qui pequi nullam inuenio solidam discriminis rationem inter proximiorem in gradu, & proximiorem simpliciter vocatum, cum vtroque casu proximior ille semper intelligatur, qui gradu testatori propinquior fuerit, & quem nemo præcedit, l. proximus 92. ff. de verb. sign. late Tusch. pract. lit. P. conclusione 955. num. 2. Menoch. cōsil.1111. num.73. Valencuel. consil.63. num. 115. Etsi nulla gradus mentio habeatur, illa enim propinquitas necessario esse debet ratione alicuius gradus, nec sine eo proximitas commemorari potest, & ad prædictam dinumerationem gradus Iure Ciuili, & Canonico inuēti sunt vt patet ex integris titulis de gradibus. Nec dicta distinctio quidquam deseruisse potuit ad decisionem prędicti casus, cum ille qui erat in secundo, & quarto gradu testatori propinquior esset, facta secundum ius Canonicum computatione, quod in hac materia potius attendendum est.
43 Quare existētibus inæquali gradu maiores qualitates quibus fuerint ornati tribuent prelationem, vt superius dictum est, num. 37. Quæ tamē si æquales fuerint, quod raro accidere poterit, tunc gratificationi locus erit ex regula iuris, quod cæteris paribus gratificandi datur facultas, *l. fin. ff. de religiosis, & sumpt. fun. l.3. §. si cum omnes, ff. ad Syllanian. l. de die, ff. qui satisdare cog.* latissime exornat. *Tiraq. de primog. quæst.17. in 2. opinione, num.1. & sequentibus Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 255. num.1. Mieres de maioratu 1. part. quæst.72. num.3.* & inspecie, *Rochus de iurepatr. verbo honorificum, num. 41. & seq. Lambertin.* Eodem tract. *lib.2. 3. part. quæst.5. art.10. num.2. Federic. Scot. 2. tom. respons. lib.5. responso.10. num.58. Perez*

C

rez de Lara, lib. 2. de aniuers. cap. 2. numero 33. Azeued. consil. 24. nu. 55. & seq.

44 Nec tunc diuisioni Capellaniæ locus erit, vt voluit, *Ceuallos practicar. commun. quæst. 265. num. 24.* quem in hoc bene reffellit, *Perez de Lara dict. lib. 2. cap. 3. num. 26. & seqq.*

45 Hic tamen notandum est, quod descendentibus, vel consanguineis vocatis, non erit opus destinguere an sint agnati, vel cognati; nec ea ratione illi, istis præferendi erũt, quia hæc differentia agnationis, & cognationis iam diu sublata est per tex. in *l. maximũ vitium, C. de liber. præter. auth. de hered. & Falcidia, §. nulla collat.* 1. Et ita nihil oportebit, quod quis descendat, vel sit consanguineus ex linea masculina, vel fęminina, quia hic non sumus in materia feudali, vel maioratus, aut fideicommissi perpetui, vel alia in qua principaliter agitur de conseruatione familiæ, ita inspecie ex plurimorum sententia decidit. *Rota Romana diuersorum 2. part. decis. 150. n. 8. & 9.* & tradit, *Ceuallos, d. quæst. 265. num. 24. Perez de Lara, d. lib. 2. cap. 2. num. 26. & 27.*

46 Secundo notandum quod si institutor Capellaniæ post consanguineorum vocationem in eorum defectum extraneos vocauerit, si tamen tempore mortis vltimi possessoris consanguineus non extiterit, & ob id extraneus fuerit institutus, licet postea superueniat consanguineus non reuocabit institutum. Et idem erit si vocauerit Clericum Præsbyterum proximiorẽ, & tempore obitus vltimi possessoris, proximior non erat Clericus, nec Pręsbyter, qua ratione pręsentatus fuit alius, qui licèt nõ ita proximior, illa tamen qualitate Pręsbyterij pręditus erat, quamuis postea proximior eiusdem qualitatis superueniat audiẽdus nõ erit propter ius quod pręsentato ex præsentatione quęsitum fuit. Quod verũ habet etiam si ante institutionem efficiatur Clericus, & etiam pendente lite ordinetur, ita adnotarũt. *Spino in speculo testam. glos. 4. num. 70. Nicolaus Garcia de Benefic. 2. part. cap. 1. à n. 73. Ceuallos commun. quæst. 678. à num. 16. Ioan. Gutier. cons. 2. à num. 16. Perez de Lara de Aniuers. lib. 2. cap. 9. num. 51. & seqq. vsque ad fin. addentes ad Molin. de primogen. lib. 3. cap. 10. à num. 1. vers. ampliatur superior, & vers. hinc est pag 250.*

47 Tertio principaliter difficientibus consanguineis vocatis in genere, vel inspecie, venient præsentati à Patronis, qui si idonei fuerint institui omnino debebnnt, ac cæteris omnibus præferri. *Corneus Consil. 49. num. 9. lib. 3. Ceuallos practicar. communium, quæst. 693. num. 28. Perez de Lara lib. 2. Anniuers. cap. 3. num. 22.* Ratio est quia ex presentatione adquiritur pręsentato ius ad rem *Ab.* per textum ibi, in *cap. cum Bertoldus, num. 9. de iurepatr. Flamin. Paris. de resignat. Benefic. lib. 2. quæst. 28. num. 12.* & plurimis citatis. *Nicolaus Garcia de Beneficijs 4. part. cap. 3. num. 8. Iulianus Viuianus in praxi iurispatron. 2. part. lib. 8. cap. 9. num. 1. Riecius collectan. 166. per tot.*

48 Quam resolutionẽ amplia adeo veram esse, vt licèt præsentati à Patronis extranei sunt, extentque cõsanguinei fundatoris, nihilominus eis pręferentur quando fundator eosdem consanguineos non vocauit, sed simpliciter dedit facultatem patronis pręsentandi nulla facta consanguineorum mentione, vt in hoc libro peculiari quęstione, quę erit sequens latius ostendendum erit.

Amplia

49 Amplia secũdo adeo teneri Episcopũ, aliũve Prælatũ qui ius cõferēdi, & instituēdi habet, præsentatum à Patrono, idoneum tamen, admittere, eique Beneficium, vel Capellaniam conferre, ita vt aliàs cõtempto Patrono, vel eo non consiente institutio facta nulla sit ipso iure, *cap. decernimus* 29. 16. *quæst*. 7. *l*. 5. *tit*. 15. *part*. 1. *&* ibi, *Gregor*. tradunt, *Ab. in cap. cum Bertoldus, num*. 2. *& in cap. ex insinuationa, num*. 3. *de iurepatr. Roch. de iurepatr. verbo honorificum à num*. 1. latissime, *Lambert. eod. tract. lib*. 2. 3. *part. quæst*. 2. *art*. 2. *à num*. 3. *Rebuf. in d. cap. decernimus vers. non obstat Decius, cons*. 117. *Casiador. decis*. 2. *num*. 4. *de locat. & conduct. Franc. Marcus, decis*. 494. *numero* 3. *part*. 1. *Paris. cons*. 43. *vol*. 4. *Riccius in praxi aurea resolutione* 491. *num*. 5. *late Phebus, decis*. 163. *nu*. 20. *& seqq. parte* 2.

50 Quod ampliatur procedere etiã in Papa, vt non possit spreto Patrono ei præiudicare. *Bellamera, decis*. 745. *num*. 1. *Cassador. decis*. 4. *num*. 3. *de probat. & decis*. 3. *num*. 1. *vt lite pend. Guid. Pap. decis*. 374. *num*. 4. *Riccius vbi proxime, num*. 6. *qui nu*. 7. Quanto minus inquit, poterit Legatus à Latere ex eodem *Guidone Pap*. Et quanto etiam minus poterit alter, vel etiam tres ex Patronis præiudicare minori parti per transactionem, vel pactum, de quo est tota eius resolutio.

51 Ad validitatem tamen præsentationis sufficiet, quod Patronus sit in quasi possessione presentandi, quę sane adquiritur per vnicum præsentationis actum quæ effectũ sortita fuerit, *cap. quærelam*, & ibi, *Ab. num*. 9. *de electione Puteus, decis*. 192. *lib*. 1. *Rota Roman*. apud *Farinac. decis*. 525. *num*. 1. *& decis*. 527. *num*. 1. *&* 2. *in centur. & decis*. 291. *num*. 1. *in posth. tom*. 2. *Rochus de iurepatr. verbo competens, num*. 34. *& seq. Ioan. Gutier. consil*. 4. *num*. 32.

52 *&* 34. Vbi quod præsentatus ab eo qui est in quasi possessione pręsentandi prefertur pręsentato à proprietario ex *Abbate, Roco & Rolando*, quos ibi reffert, & sequitur, & in vers. non tantum limitat nisi tempore pręsentationis de iure dominij clare constaret arg. tex. in *cap. cum dilectus de causa posses*. ad quod plures etiam reffert, quibus adde, *Federic. Scotum tom*. 2. *responsor. lib*. 5. *responso*. 10. *num*. 20. *& seqq*. vbi late, & *Riccium collectan*. 2453. *vers. nota etiam quarto Rota decisione* 167. *num*. 10. *part*. 2. *diuersor. Farinacium decis*. 735. *num*. 1. *in posth. tom*. 1.

53 Vnde fit quod si Patroni vnum tantũ præsentauerint, & is ab Episcopo idoneus repertus fuerit necessario instituēdus erit, eique Capellania siue Beneficium conferri ex Concil. *Trid. session*. 24. *de reformat. cap*. 18. Et DD. citatis sup. nu. 20. & statim citandi.

54 Et in tantum hoc est verum, vt ad validitatem præsentationis solum sufficiat illam fieri de habili, licet potuerit fieri de habiliori. *Glos. in cap. constitutus, el* 3. & ibi, *Butr. n*. 15. *Ab. num*. 7. *in fin. Franc. num*. 4. *Præpositus, num*. 16. *&* 18. *in fin. Dec. num*. 5. *de appel. Rochus de iurepatr. verbo honorificum, num*. 42. *vers. crederem tamen Lambert. eodem tract. lib*. 2. *part*. 1. *quæst*. 10. *art*. 3. vbi hãc materiam latissimè tractat, & *num*. 25. *vers. Sed si non appellaretur*, concludit electionem de idoneo factã à maiori parte eligentium valere, licèt potuerit fieri de magis idoneo sequitur, *Rota diuers. decis*. 16. *num*. 6. *part*. 2. *& decis*. 36. *num*. 3. ex collectis per *Farinac*. 2. *part*. vbi optima redditur ratio, quia aliàs omnes electiones, & præsentationes essent litibus, & controuersijs suppo-

ſuppoſita, *Couar. in Reg. peccatum 2. part §. 7. n. 3.*
55 Verùtamen eſt quod in foro conſcientiæ grauiter peccabunt eligentes, ſeu præſentantes minus dignos, relictis dignioribus qui eligi, & præſentari poſsent vt benè probat, *Cardin. Paleot. de Sacri Conſiſtorij conſultat. 4. part. quæſt. 1. pag. 141.* Et nos alibi multorum auctoritatibus comprobauimus.

56 Si vero plures fuerint præſentati ab viro, vel à diuerſis Patronis tunc Epiſcopus, vel alius Prælatus cui fuerit ius conferendi, vel inſtituendi, eliget magis dignum, eũque minus præferet digno iuxta tex. in *cap. 1. vt Eccleſ. Beneſ. ſinè dimin. conf.* ibi, *debuiſti in perſona magis idonea Beneficium diſpenſare, d. cap. 18. Concil. Trid. Ceuallos, d. quæſt. 693. num. 30. Maſtrillo deciſ. Regni Sicil. 3. num. 13.* Eſtque communis omnium ſententia.

57 Et in hoc caſu debet fieri cõcurſus: Nàm licèt aliàs ſpeciale ſit in iurepatr. laicorum, vt non requiratur concurſus, ſed ſufficiat, quod præſentatus examinetur, & idoneꝰ repertus inſtituendus erit, vt ſuperius dictum eſt ex d. cap. 18. & latè tradit, *Hieron. Gonçal. ad Reg. 8. Cancel. gloſ. 6. num. 134. & ſeqq.* latè etiam, *Nicol. Garc. à de Benef. part. 9. cap. 2. num. 255. & ſeqq. Mareſcot. lib. 1. Variar. cap. 5. num. 11.* Hoc tamen non procedit quoties ſunt plures præſentati à Patronis laicis, nam tunc requiritur examen per cõcurſum inter ipſos præſentatos, vt ex illis magis idoneus eligatur, ex mente Sacræ Congregat. firmauit Rota quam referunt, & ſequutur, *Gonzal. num. 137. in fin. & num. ſeqq. & Garcia, num. 156. ſup. Ludouiſius poſtea, Gregor. XV. Pont. Max. deciſ. 494.* & ibi, *Oliuer. Beltram. n. 4.* alias Rotales deciſiones refert, & bene hoc verum eſſe intelligit quã do ſinguli præſentati haberẽt ęquales voces, ſecus vero ſi vnus habeat plures voces, tunc enim ille ſolus examinandus erit abſque aliorum concurſu, *Gonzal.* ſup. & ſtatin, numero ſeq. dicimus. Verùm ſi habens maiorem partem vocum ſe ſubijcit examini, & concurſui ſibi præiudicat, quia facit ſe parem, & perinde haberi debet, ac ſi haberet pares voces. Hæc ille.

58 QVARTO in diſcordia Patronum; quando videlicet plures à diuerſis Patronis præſentantur, inſtitui debet ille, qui à maiori parte fuerit præſentatus, *cap. 3.* & ibi, *gloſ. Card. & Abbas de iurepatr. idem Ab. conſil. 66. lib. 2. Franc. Marcus deciſ. 119 Crauetà conſ. 63. Paul. de Citadin. de iurepatr. 6. part. quæſt. 27. Cardin. Mantica deciſ. 86. num. 4. Seraphin. deciſ. 875. Rota apud Farinac. deciſ. 208. tom. 1. & deciſ. 202. tom. 1. & deciſ. 291. num. 1. & 2. in poſtũ. tom. 2. Verallus, deciſ. 363. part. 2. Riccius in praxi aurea reſolutione 491. num. 1.* Qui omnes vnanimi conſenſu affirmant in iurepatron. & denique generaliter in omnibus factum à maiori parte eſſe præferendum; adde *Card. Tuſch. pract. lit. P. concluſione 145.* vbi in ſpecie ſubijcit, quod tuc præſentatio facta à minori parte eſt nulla ipſo iure ex *Bald. conſ. 17. in princ. lib. 5. Rota diuerſ. deciſ. 117. num. 1. part. 2.*

59 Maior autem pars dicetur veluti ſi ſint decẽ Patroni, quatuor prę ſentant Petrum, tres Ioannem, & alij tres Franciſcum: Petrus non habet maiorem patrem omnium habet tamen maiorem partem reſpectu aliorum præſentationũ, & ideo Petrus inſtitui debet. Secus erit in collegio vbi requiritur maior pars totius collegij, ita *Ioan. And. Card. & Ab. in d. cap. 3. Rochus de iurepatr. verbo honorificum, quæſt. 58. Lamb.*

eod.

eod. tract. lib. 2. part. 3. art. 2. quæst. 4.

60 Et facienda est comparatio numeri ad numerum adhoc vt præsentatus à maiori parte possit institui dummodo sit idoneus, non autem facienda est comparatio zeli ad zelum, seu meriti ad meritum, vt notaut DD. in d. cap. 3. *Rochus, quæst.* 5. *Lamb. art.* 3. *sup. Iulianus Viuian. in praxi iurispat.* 2. *part. lib.* 12. *c.* 12. *à nu.* 1. *vbi, n.* 7. Animaduertendum dicit sufficere in hac materia præsentationem fieri à maiori parte Patronorum per tex. in d. *capit.* 3. ibi, *plurimorum eligitur, & approbatur assensu, &c.* Notant ibi, *Ab. Cardin. & Roch. sup. quæst.* 59. *Lamb. art.* 16. *& Viuianus sup. num. seqq.* Exemplificat, & *Rota apud Farinac. decis.* 146. *num.* 4. *tom.* 2. Vbi quod ille dicitur præsentatus à maiori parte Patronorum qui habet plures eorum voces, veluti si ex quinque habeat tres.

61 Est tamen notãdum, quod si præsentatus fuerit Patronus accedendo præsentationi de se factæ faciet numerum, & illum augebit iuxta doctrinam, *Abbat. in cap. cum in iure sub num.* 5. *de elect. & cons.* 25. *n.* 3. *part.* 2. sequitur, *Nauar. cons.* 6. *n.* 5. *de elect.* vbi doctrinam Ab. communiter receptam, & approbatam dicit, & amplexa est, *Rota apud Farinac. decis.* 291. *nu.* 2. *in posth. tom.* 2.

62 Superiorem tamen doctrinã notabiliter limita primò vt non procedat quando maior pars præsentasset indignum, quia tunc dignus à minori parte præsentatus præferendus, & instituendus est, propterea, quod maior pars præsentando indignum ipso facto remanet priuata potestate eligendi, & per consequens tota potestas remanet in minori ita *Rota Romana apud eundem Farinac. decis.* 625. *num.* 3. *tom.* 2. *Borgninus Caualcan. decis.* 40. *num.* 16. *plures refert. pag.* 541. *& sup. num.* 19. *dictum est.*

63 Secundo limita nisi statuto, aut consuetudine caueretur, vt præsentatio non suffragetur, nisi fuerit facta à duobus ex tribus partibus, vt per eandem, *Rotam vbi proxime, nu.* 2. *&* 3.

64 Tertiò limita, vt superius dicta de presentato à maiori parte Patronorũ, tũc procedant, quando ipsi Patroni ius æquale præsentandi habent. Nam cum iuspatronatus iure hereditario deferatur, *cap. filijs* 31. *cap. considerandum* 35. *& seq.* 16. *quæst.* 7. *cap.* 1. *de iurep. Lamb.* 2. *part. lib.* 1. *quæst.* 2. *art.* 1. *num.* 15. *&* 23. *Couar. lib.* 2. *Var. cap.* 18. *num.* 6. *Emanuel Costa in cap. si pater.* 2. *part. verbo Trebelianica, num.* 4. *de testam. lib.* 6. *Molina de primog. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 7. & alij citati per *Robles de repræsent. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 72. Inde est vt in eo Patronatus iure per repræsentationem succedatur provt in hereditatibus abintestato, *Clem.* 2. *de iurepatr. Couar. pract. cap.* 38. *n.* 13. *vers. Sed in iurepatr. Aluar. Valasc. de iure Emph. quæst.* 50. *num.* 10. *Auend. in l.* 40. *Taur. glos.* 2. *nu.* 64. & cũ alijs, *Robles supra, n.* 74. Quare

65 si plures vni Patrono succedant vnius tantum loco habebuntur, d. *Clem.* 2. *Ab.* & cæteri communiter in *cap.* 1. *de iurepatr.* ex pluribus *Ro-*

66 *bles, num.* 75. vbi, & num. seqq. tripliciter limitat, primo, vt superior doctrina procedat quando in iurepatr. iure hereditario succeditur, secus si iure legati, aut donationis, quia si familiæ donetur, vel relinquatur, omnes de familia in capita, & non instirpes succedent ex doctrina, *Bald. in l.* 2. *num.* 4. *C. de suis & legit. & tenet Alex. de Neuo, cons.* 63. *num.* 3. *&* 4. sequitur, *Riccius, decis.* 210. *num.* 269. *& decis. Curiæ*

Arch. Neap. 120. *num.* 3. *part.* 2. *Viuian. in praxi iurup.* 1. *part. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 62. *Marc. Ant. Genuenſ. in ead. praxi Cur. Neap. cap.* 83. *num.* 2. *in princ.*

67 Secundo limitat quando iuſpatr. ad ſingulos, vti ſingulos, non vti vniuerſos pertinet, quia ſi alicui collegio, ſeu familiæ, vt vniuerſis pertineat, per capita, & non in ſtirpes præſentatio fit. *Lamb. ſup. artic.* 25. *quæſt.* 1. *princip. num.* 17. *Riccius, d. num.* 269. *verſ. limita* 2. *Genuenſ. num.* 2. *& Viuian. num.* 63. *ſup.*

78 Tertio limitat niſi obſeruantia eſſet in contrarium, vt poſt Rot. tenent, *Riccius, & Viuan. ſup. d. cap.* 1. *num.* 64. *Steph. Gratian. diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.* 521. *à num.* 17. *& à num.* 23. ponit coniecturas ex quibus probetur obſeruantia præſentandi in capita, & non in ſtirpes.

66 Illud tamen notandum eſt quod quando patroni ſunt pares in vocibus, ſi tamen in præſentando diſcordent, tunc Epiſcopus gratificare poterit quam partem voluerit, & illi adhærere, vt per *Card. Tuſchul. ſup. num.* 1. *&* 2. vbi extendit, vt procedat etiã quando Patroni vnũ præſentarunt, & poſtea alium, quia poterit Epiſcopus inſtituere quem magis voluerit ex illis duobus præſentatis ſecundum, *Bald. d. conſ.* 27. *num.* 6. *verſ. Sed tamen lib.* 5.

70 Cæterum licèt prior caſus quando datur paritas vocum recte procedat, & ſit locus gratificationi, dũmodo tamen præſentati cumulatiuè æquè idonei ſunt vt per *Lamber. ſup. art.* 11. *& Viuan. d. cap.* 12. *lib.* 9. *& cap.* 13. *num.* 1. Secus tamen dicendum ſi aliquis ex eis dignior ſit quia tunc is præciſe, ac neceſſario inſtituendus eſt ex ſupra dictis, numero 56. & ſeq. & tradit, *Viuian. d. cap.* 13. *num.* 2. *Rota Roman. d. deciſ.* 291. *num.* 4. vbi quod data paritate vocum præferendus eſt in inſtitutione magis qualificatus, veluti de familia Patronorum, ætate Senior, & Sacerdos ex pluribus quos ibi allegat. In ſecundo vero extenſionis caſu gratificationi locum non eſſe arbitror, ſed qui prius præſentatus fuit, ſi æque idoneus ſit inſtituendus erit iuxta doctrinã de qua ſup. num. 2. & ſeoq. niſi vellis eã limitare, vt tantum procedat quando duo præſentati fuerunt ab vno Patrono vt non ſit idem quando plures à pluribus Patronis fuerint præſentati quo caſu loquitur prædicta extenſio, & ita accipiendam eſſe exiſtimo.

71 QVINTO ſuperiori caſui affinis eſt, & illius deciſio quando iuſpatronatus relictus fuit Rectori alicuius Ecleſiæ. & Parrochianis. An præſentatus à Rectore, & aliquibus Parrochianis, ſit præferendus præſentato à maiori parte Parrochianorum? Et præferendum eſſe conſtat ex eo, quia ſolus Rector tãtam partem habet, quantam omnes Parrochiani qui tantum pro vno habentur iuxta tex. in *l. interdum* 13. *ff. de hered. inſtit.* vbi ſi Primus, & filij fratris inſtituti ſint, filij fratris habetur pro vno, & Primus pro alio, vt patet ibi, *qua detracta ſemiſſem fratris filij, ſemiſſem Primus habebit. l. ſi liber homo* 59. *§. Titius in* 2. *ff. eodem l. ſi pater* 9. *ff. de vulga.* tex. optim. in *l. ſiquis Attio* aliàs, *Titio, ff. de vſufr. acreſcendo*, vbi relicto vſufructu Titio, & heredibus teſtatoris reſpondit I. C. dimidiam Attius, dimidiam heredes habebunt, *l. fin. C. de impuber.* & vtrobique notant DD. late, *Dec. conſ.* 320. *num.* 6. *&* 7. *& in l.* 1. *num.* 1. *C. de impuber. Ruinus, conſ.* 163. *num.* 9. *lib.* 2. *Pariſius, conſ.* 49. *num.* 1. *lib.* 2. *Menoch. conſ.* 222. *num.* 26. *&* 28. *vol.* 3. *& de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 18. *num.* 10. *& ſeqq.*

& seqq. Mătica de coniectur. vltimar. volunt. lib. 4. tit. 11. num. 2. & seqq. Iulius Clarus in §. testamentum, quæst. 80. num. 70. Morquecho de diuisione bonorum, lib. 4. cap. 1. num. 19. Stephanus Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 70. num. 14. & seqq. Marta de iurisdictio. 1. part. cap. 10. num. 18. & seqq. Doct. Pichardo in §. Si plures, num. 5. inst. de hered. inst. Cardoso in tract. de iure acrescendi sub §. Si eadem res illatione 7. num. 4. inst. delegat.

72 Atque ita in hac specie duæ voces cōsiderantur quarum vnam habet Rector, & alteram Parrochiani prout in terminis ex ratione prædictorum iurium decisum fuisse inuenio per *Rotam Romanam apud Card. Marcellum, decision. 4. de iurepatr.* ibi, *Iuspatronatus relictum Rectori, Ecclesiæ. & Incolis loci, vel Parrochianis pro medietate erit Rectoris, & pro alia Incolarum secundum Dominos in vna Salamantina Cappellaniæ corā me, ad l. fin. cum ibi notat per DD. maxime Iason. C. de impuber. & l. interdum in principio vbi gloss. & DD. ff. de hered. instit.* Quam decisionem refferunt, & sequuntur, *Hieronym. Gonzalez ad Regulam 8. Cancellar. gloss. 3. num. 17. Stephanus Gratianus, d. cap. 70. n. 14. Riccius in praxi, tit. de iurepatron. decis. 210. num. 2. & 7. Farinac. decisione 308. part. 2.*

73 Vnde fit quod si Rectori adiungatur aliquis ex Parrochianis in alicuius præsentatione talis præsentatus absque dubio præferendus erit, ab alijs Parrochianis præsentato. Nam rebus existentibus paribus, minimū quoque vni additum, alterum vincit, vt notant communiter omnes in *l. Si duo Patroni in principio per gloss. ibi verbo habitum, ff. de iure iurand. Tiraq. in tract. lemort. Saisit 6. part. declarat. 5. num. 15.* & in specie quoque post, *Hostiens. Ioan. Andre. & Romanum* scripsit, *Cardin. Tuschul. pract. lit. M. conclusione 14. num. 18.* ibi, *Amplia in præsentatione Patronorum, quia si quis habet dimidiam iurispatronatus, & alij decem habent aliam dimidiam, attenditur præsentatio facta ab habente dimidiam, & ab vno ex decem alterius dimidiæ, quando illis decē competit vt singulis, cap. rescriptum cū ibi, notatis de election. Federic. Cōsil. 1. num. 3. vers. nam si vno Patrono.* Hæc ille. Idem in materia collationis tradit. *Hostiens. in cap. postulasti de concessione præbend.* Vbi inquit 74 quod si electio pertinet ad Episcopum, & Capitulum, cum Episcopus habeat dimidium collationis sufficit, quod vnus vel duo cohæreant, *Romanus, cons. 366. num. 7.* vbi etiam allegat, *Ioan. And. in cap. vnico ne Sedeuacante, lib. 6.* sequitur, *Tusch. d. liter. M. conclusione 15. n. 4.* & in eadem specie consuluit, *Azeuedo, cons. 39.* vbi in fine ita in fauorem Episcopi Placentini obtētum fuisse dicit in Rota Romana.

75 SEXTO concurrentibus duobus præsentatis à viro, & vxore præferendus erit præsentatus à viro quando iuspatronatus annexum est alicui Castro; vel alijs bonis vxoris in dotem datis, quia cum omnium bonorum dotaliū fructus ad maritum pertineant, *l. de diuisione 5. cum seqq. ff. soluto matrim. l. pro oneribus, C. de iuredot.* Etiam si fructus onera matrimonij excedant, *gloss. in l. dotis fructus 8. ff. de iure dotium,* & præsentatio sit fructus iu- 76 rispatronat. *gloss. fin. in cap. cum Bertoldus de iurepatron. & in cap. cū olim de maioritat. & obed.* ex pluribus resoluit, *Ioan. Gutier. de tutel. 3. part. cap. 29. num. 2.* Iuspatronatus autē transeat cum vniuersitate bonorū, *cap. ex literis de iurepatron.* Extra dubium videtur quin in maritū trāslatum sit, ex quo bona quibus annexum erat sibi in dotem data fuerūt ita

ita, *Rota, decis.* 422. aliàs 10. *de iurepatr. in nouis. Rochus de Curte de iurepatr. verbo ipse velis, nu. 60. Lambert. eodem tract. lib.* 1. 2. *part. quæst.* 10. *princip. art.* 2. per totum, *Paulus de Citadinis simili tract.* 6. *part. art.* 3. *nu.* 70. *Palacius in cap. per vestras*, §. 43. *in principio* late *Tiraq. post leges Conubiales, glos.* 9. *ex num.* 7. *Baeza de decima tutor. cap.* 23. *à num.* 19. *& de non meliorand. cap.* 26. *num.* 1. *Menoch. consil.* 66. *num.* 27. *volum.* 1. *Molina lib.* 1. *de primogen. cap.* 24. *num.* 3. & ibi additio, *Castillo de vsufruct. lib.* 1. *capit.* 36. *num.* 36. *Gutier. sup. num.* 3. *Cardin. Mantica, decis.* 140. *num.* 13. late, defendit, *Petrus Barbosa in l. diuortio*, §. *si vir, num.* 56. *& seqq. ff. soluto matr.* & tenet, *Perez de Lara, lib.* 2. *de Aniuers. cap.* 3. *num.* 29. qui plures alios referunt, ex quibus hæc sententia verior, & receptior videtur, quam etiam nouissimè amplectitur, *Iacob. Britto in rub. de locato* 1. *parte* §. 2. *num.* 16. *Ioan. de Monte alegre in praxi, lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 169. *&* 337.

77 Quam tamen limita primo, vt procedat quãdo ius Patronatus trãsit cum vniuersitate bonorum, secus vero, si de per se subsistat, tunc enim si ad vxorem pertineat, ipsi, & non marito præsentatio pertinebit. *Spino de testament. glos.* 4. *principali, num.* 112. sequitur, *Barbosa, num.* 57. *versic. tantum igitur, Perez de Lara sup.* & ita accipiendus est, *Riccius collectanea* 2453. *vers. nota quinto.*

78 Secundo limita in iurepatronatus annexo maioratui, vel alijs bonis vinculatis, & perpetuo alienari prohibitis, nã si hæc fuerint vxoris, ei, & non marito præsentatio competet, ac proinde ipsius vxoris præsentatio præferetur ita. *Palat. d.* §. 43. *num.* 10. *Molina, d. cap.* 24. *num.* 32. *Ioan. Gutier. d. cap.* 29. *n.* 4. *Burgos de Paz in proœmio legum Taur. nu.* 5. *Baeza de non meliorand. cap.* 23. *num.* 18. *Sahagun, in capit. quanto numero* 26. *de iudicijs, Nicolaus Garcia de Benefic.* 5. *part. cap.* 9. *num.* 185. *Don. Ioseph. Vela dissertatione* 4. *num.* 97. *&* 98. Vbi in Senatu Granat. Sic decisum fuisse testatur. Cæterum hanc limitationem, non tutam esse dicit, *Barbosa sup. nu.* 59. *& seq.* vbi eam benè impugnat, & remissiue sequitur, *Castillo sup.*

79 SEPTIMO huc venit decisio alterius elegantis quæstionis videlicet, quando maritus, & vxor simul fundarunt Capellaniam in vltima voluntate, vel inter viuos vocando consanguineos suos propinquiores, si postea vtriusque coniugis concurrant consanguinei pari consanguinitatis gradu; est dubiũ vter eorum præferendus sit?

80 Et dubitationem facit quia hæc sunt, duo testamenta, vel duæ dispositiones, vt per *Oldrad. consil.* 174. vbi loquitur in terminis maioratus à viro, & vxore simul conditi, & resoluit duo esse primogenia sequitur, *Couar. in rub. de testam.* 2. *part. num.* 8. & in nouissima editione, numero 19. *Molina lib.* 2. *de primog. cap.* 2. *num.* 84. *Burg. de Paz, cons.* 3. *num.* 14. *Ioan. Gutier. in cap. quamuis pactum in principio, num.* 64. Qui plures alios refferunt; ex quorum doctrina duas quoque esse Capellanias dicendum videtur, & sic per eas viri; & vxoris consanguineis esse consulendum cum vnusquisque suis consanguineis prouidere voluisse credatur argumento, *l. Sed si plures*, §. *in arrogato, ff. de vulgar. cap. vnic. de duobus fratribus à Capitaneo inuest. in vsibus feud. l. cum ita legatur* aliàs incipit, *omnia* 32. §. *in fideicommisso, ff. de legat.* 2. & in specie resoluit idem, *Gutier. consil.* 2. *num.* 6. *& seqq.* late probat.

81 Verum his non obstantibus in hac

hac specie secure tenendum mariti consanguineum, idoneum tamen dum aliud cautum non fuerit præferendum esse ex sequentibus. Primò quia Capellania indiuidua est, & non nisi ad vnum tantum deueniri debet, *cap. maioribus* 8. *de Præb. Perez de Lara lib.* 2. *de animaduers. cap.* 3. *num.* 26. Deinde quia maritus est caput vxoris, *cap. fin.* 32. *quæst.* 6. *Ioan. Maria Nouarius quæstion. forens. lib.* 1. *quæst.* 133. *num.* 2. Vnde fit vt quemadmodum præsentatio facta à marito tanquam efficacior præfertur, ita & eiusdẽ consanguineus eodem prælationis iure potietur. Tertiò id fortius obtinebit si mariti consanguinei prius fuerint nominati, quo casu ex ordine literæ prælationem quoque habebunt ex dictis, & resolutis supra *nu.* 2. *& seqq.* Atque ita in terminis hanc sententiam amplectitur, *Ceuallos practic. commun. quæst.* 265. *num.* 13. *& seqq.* dicens secũdum eam decisum fuisse, sequitur, *Gironda de priuilegijs, quæst.* 218. *num.* 1173. *& seqq.*

82 Neque obstat resolutio, *Gutier. d. cons.* 2. *num.* 6. *& seqq.* quia in specie de qua loquitur erant duæ Capellaniæ à marito, & vxore fundatæ, & vocati fuerunt consanguinei vtriusque, vnde rectè consuluit quod vna consanguineis mariti, & altera consanguineis vxoris conferenda esset ex quo de bonis vtriusque fuerunt fundatæ.

83 OCTAVO inter eosdem præsentatos, si concurrant præsentatus à Patrono Clerico, & præsentatus à Patrono laico, ille huic præferendus est vt per *Lambert. de iurepatron. lib.* 2. 3. *part. quæst.* 5. *art.* 17. Tum

84 quia Clericus variare non potest, vt per eundem, ibi, *num.* 5. *Cerola in praxi* 1. *part. verbo ius patronus versic.* 24. *Perez de Lara de Anniuersar. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 8. per tex. in *cap. cum aut*ẽ, vbi notarunt omnes *de iu-*

85 *re Patr.* Tum etiã quia Clerici vox dignior est idẽ *Lamb. lib.* 3. *quæst.* 10. *principali, num.* 28. sequitur, *Perez de*

86 *Lara d. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 24. Et confirmatur ex eo, quia qualitas eligentis est maxime attendenda ad hoc vt ab eo tãquam à digniori electus præferatur, secundum tradita per *Ioan. Montaigne de auctoritate magni Consilij, num.* 81. Vbi scribit, quod quando Canonici sunt æqualiter digni, & meriti præfertur creatus à Papa sequitur, *Hermosilla ad Gregor. in prologo, glos.* 2. *num.* 26. & satisfirmatur ex his quæ in specie præsentati à Nobili inferius dicẽdum est.

87 Præterea confirmatur quoque ex eo quod communiter circa testimonia tradunt DD. videlicet, vt Clerici testimonio tanquam dignioris, quam testimonio laici contrarium deponentis plus credatur, & præferatur, vt per *Felin. in cap. in nostra, num.* 1. *de testib. Anton. Gabr. lib.* 1. *commun. tit. de testibus conclus.* 4. *num.* 41. *&* 61. ex pluribus resoluit, *Farinac. Eodem tract. quæst.* 61. *num.* 8. vbi quod testimonium quatuor Clericorum plus valet quam sex laicorum, *& quæst.* 65. *num.* 77. *Mascard. de probat. conclus.* 306. *nu.* 1. *& seqq.*

88 Quod tamen verum esse intellige cæteris paribus, nam si præsentatus à Patrono laico dignior appareat, & maioribus qualitatibus præmunitus, vel etiam quia eius persona aliquo iure, vel ratione priuilegiata existat, propter quæ maioribus fauoribus digna censeatur, veluti, quia nobilis, pauper, & sic de similibus prærogatiuis de quibus latius inferius agendum est, tunc iste, etsi à laico præsentatus, potius sane ius habebit arg. eorũ quæ tradit, *Farinac.* de testimonio laicorũ præferendo vbi proxime, *num.* 178.

89 Secundo intellige non procedere quando Patroni laici essent optimæ famæ, & opinionis, ac conscientia timorati, Clerici vero non ita ex inferius dicendis, num. 94. & 95.

90 NONO præcedenti casui similis est præsentati à Patrono consanguineo fundatoris, nam is præsentato à Patrono, qui consanguineus non fuerit omnino præferri debebit, quia habenda est ratio necessariarum personarum, *l. Imperator* 61. *ff. de pactis*, prout in testamentarijs discordantibus præfertur vox testamentarij consanguinei, vt per

91 *Rolandum, consilio* 16. *num.* 45. *Vol.* 3. & ita in specie scribit, *Perez de Lara lib.* 2. *de Aniuersar. cap.* 3. *num.* 26. & 27. quem nouissimè sequitur, *Gomez Baio in sua praxi. lib.* 2. *quæst.* 5. *num.* 9. Quod tamen verum esse intellige cæteris paribus iuxta declarationes de quibus supra, *num.* 88. & 89.

92 DECIMO. Præsentatus à Masculo potius quoque ius habebit, quam præsentatus à Fœmina. Tũ quia vir est maioris dignitatis, quã fœmina, vt eleganter docuit Vlpianus in *l.* 1. *ff. de Senatoribus*, ibi, *Consulari fœminæ, Consularem virum præferendum nemo ambigit. Sed vir Præfectorius an fœmina Consulari præferatur videndum est? Et puto præferri quia maior dignitas est in sexu virili.* Exornat pulchre, *Tiraquell. in l.* 1. *Conub. nu.* 87. cum seqq.

93 Deinde quia viri consilium & ingenium firmius, præstantius, ac potentius est. Mulieris autem debile, fragile, & infirmum, *l. Si mulier Cadvelleanum, l. si pater, C. de sponsal. l.* 1. *§. pen. C. de rei vxoriæ act. l. fin. C. de donat. antę nupt. l. sicut, C. de præscript.* 30. *vol.* 40. *an. l. assiduis, C. qui potiores in pignor. hab.* cum alijs copiose congestis per *Tiraq. in d. l.* 1. *Conubiali, num.* 64. & *seqq.* & in specie nostra multis etiã adductis procat, *Lambertin. de iurepatron. lib.* 2. *quæst.* 5. *artic.* 13. *Perez de Lara, lib.* 2. *de Anniuers. cap.* 3. *num.* 25. *Federicus Scot. tom.* 2. *responsor. lib.* 5. *responsio* 10. *num.* 91. & in simili casu bene exornat, *Mieres de maioratu* 2. *parte, quæst.* 6. *ex num.* 251.

94 Quod tamen limita primo nisi præsentatus à fœmina maioribus qualitatibus præstantior sit iuxta superius dicta num. 78. quia tunc magis inspicitur dignitas præsentati, quam præsentantis, vt optime considerauit, *Lambertin.* vbi sup. *art.* 18.

95 Deinde limita nisi fœmina sit bonæ famæ, & opinionis, masculus autem non ita: tunc enim præsentatus à fœmina præferendus erit. Secundum ea, quæ de testimonio fœminæ honestæ, & bonæ famæ, quod prçferatur testimonio viri & ex probatæ opinionis scribunt, *Antonius Gabriel, d. titulo de testibus conclus.* 4. *num.* 26. & *Farinac. Eodẽ tract. quæstione* 59. *num.* 51. & *seqq.* & *quæst.* 65. *num.* 182.

96 Tertio denique nisi præsentatus à fœmina aliqua peculiari qualitate præmunitus sit, vel maiori fauore dignus existat, veluti quia nobilis, pauper, vt superius adnotatum est, d. num. 78. & confirmatur ex traditis in simili per *Farinac. d. quæst. num.* 188. & *seqq.*

97 Si tamen Patroni omnes fœminæ sint, tunc præsentati à Virgine præferendi erunt præsentatis à vidua, vel corrupta ex resolutis per *Farinac. d. quæst.* 59. *nu.* 50. & *quæst.* 56. *num.* 180. Quod verum esse intellige seruatis omnibus limitationibus, & declarationibus de quibus supra, & præcedenti casu.

98 VNDECIMO. Inter præsentatos à Patronis Nobilibus, & Ignobilibus, idem ius obseruandum erit

erit vt illi, istis præferantur vt latè per *Lamb. de iurepatron. lib. 2. part. 3. quæst. 5. art. 18.* Sunt enim quoque attendenda merita personarum eligentium, vel præsentantium, *cap. dudum in 1. de elect. & tradiderunt. Host. & Ioan. And. in cap. 1. de iurepatr.* & inspecie præsentati à Clerico dictum est sup. *num 73. & seqq.*

99 Vnde cum vox Nobilium longe maioris sit auctoritatis quã vox plebei sicuti vox literati, quã illiterati, vt per illum tex. in d. *cap. dudũ,* dicit ibidẽ *Ab.* recte sequitur quod à Patrono nobili præsentatus potius ius habebit quam qui ab ignobili, & plebeio fuerit præsentatus, vt post supra citatos concludit, *Federicus Scotus, d. responsso 10. nu. 92. & seqq.*

100 Estque regulare in omnibus electionibus, & alijs actibus in quibus si voces fuerint æquales semper vox nobilium præfertur, vt per *Tiraq. de nobilit. cap. 21. Otaloram eodem tract. cap. vltim. 4. part. princip. num. 9. Azeued. in rubr. tit. 2. num. 18. cum seqq. lib. 6. Recopilat. Bobad. in Politic. lib. 1. cap. 4. nu. 12. Girond. do priuileg. nu. 655.* & cum alijs pluribus, *Hermosilla in prologo, glos. 2. à num. 1.* Eruditissimus Præsul noster Salmanticens. D. D. *Ioan. Baptista Valencuela, cons. 34. num. 206.*

101 Quorum doctrina satisquoque firmatur ex his quæ communiter tradunt DD. de maiori fide testibus nobilibus adhibenda quam ignobilibus prout ex multis scripsit, *Farinac. d. tract. de testib. quæst. 65. num. 114. & seqq.* Prædicta tamen vera esse intellige cum declaratio tionibus, & limitationibus de quibus sup. *num. 88. & seqq.*

102 DVODECIMO. Si cõcurrãt duo præsentati alter ab vsufructuario vniuersitatis bonorum, alter vero ab herede, vel proprietario, præferendus erit præsentatus ab vsufructuario, vt resoluunt, *Rochus de iure patr. verbo ipse, vel is, num. 64. Lambert. Eodem tract. lib. 1. 2. part. 10. princip. quæst. art. 3. num. 8. Celsus, cons. 23. num. 1.* plura reffert, *Baeza de decima tutor. cap. 23. num. 27. Molina, lib. 1. de primog. cap. 24. num. 4. Menoch. cons. 66. num. 36. volum. 1. Castilio de vsufructu, lib. 1. cap. 36. numero 35. Gironda de gabelis 2. part. §. 2. num. 24. Ioan. Gutier. de tutel. 3. part. cap. 29. num. 6. Cenedo ad Decretales collectan. 5. num. 5.* vbi plures reffert. *Petrus Barbosa, in l. diuortio, §. si vir, num. 57. vers. vnde infertur, ff. solut. matrim.* plurimis etiam adductis deffendit, *Cardinalis Mantica, decis. 140.* per totam vbi sic decisum fuisse testatur, *Iacobus Britto in rubrica de locato 1. part. §. 2. n. 16.*

103 Quod tamen limita, & intellige vt non procedat in iurepatronatus perse subsistente, & nulli vniuersitati bonorum annexo, cum enim tunc absque Episcopi licentia in vsumfructuarium, nõn trãseat, cap. illud de iurepatronat. ad eum præsentatio non pertinebit, ita post, *Barbosam* declarat, *Castilla sup. d. numero 35.*

104 DECIMOTERTIO. Concurrentibus duobus præsentatis, altero à pupillo, altero à tutore, vel curatore, præferendus erit præsentatus à pupillo, *Ioannes And. in cap. ex eo de præbend. lib. 6. Lambert. de iurepatron. lib. 2. 3. part. quæst. 6. in princip. Tiraq. post leges Conub. glosa 9. num. 6. Palac. in cap. per vestras, §. 43. n. 4. Baeza de decima tutor. cap. 23. num. 10. Cardin. Mantica, d. decis. 140. nu. 11. Perez de Lara, lib. 2. de Anniuers. cap. 3. num. 28. Ioan. Gutier. de tutelis 3. part. cap. 29.* late, *Iulianus Vivianus in praxi iurispatr. 2. part. lib. 12. cap. 15. per totum, Caldas Pereira de nominat. quæst. 4. num. 7. in fine,* commu-nem

nem resoluit, *Nicolaus Garcia de Benefic. 5. part. cap. 9. num. 189.* nouissime Eruditissimus D. *Didacus Narbona in suis vtilissimus, & elaboratissimis Annalibus, anno 7. quæst. 22. num. 9. &* seqq. *Cardin. Tusch. practic. littera P. conclusione* 141. *num. 1. &* 8.

105 Hanc tamen doctrinam veram esse intellige dummodo pupillus sit maior septenio; nam si infans fuerit præsentare non poterit, & præsentatus à tutore instituendus erit, *Archidiac. in cap. decernimus in principio 16. quæst. 7. Ab. in cap. fin. in fin. de conceß. præb.* & cum aliis multis, *Rochus de iurepatron. verbo cõpetens, num. 12. Palacius, d. nu. 4. Baeza, & Cardin. Tusch. locis,* supra citatis, *Viuianus, d. 2. part. lib. 5. cap. 2. numero 9. & seqq. Narbona,* vbi proxime, *num. 13. Nicolaus Garcia, n. 193.*

106 Illud tantum hac in re animaduertẽdum cum eodẽ, *Nicolao Garc. num. 190.* Quod presentante pupillo maiori septenio, nullo modo tutori, vel curatori præsentare fas erit, nisi de voluntate, & consensu ipsius pupilli saltim tacito, vt quia sciens tutorem præsentare ei non contradixit, nec ipse alium præsentauit intra tempus datum ad presentandum ad tradita per *Mohedanum, decis. 22. de præbend. Pinelum in l. 2. C. de rescind. 2. part. cap. 1. num. 18. Matiencum in l. 1. tit. 11. glos. 8. num. 14. lib. 5. Recop.* & aliis citatis, *Garcia, sup. num. 192. Narbona, num. 18. & seqq.* qui æquitate suadente receptum esse inquiunt absolute tutorem præsentare posse, eiusque præsentationem vtilem esse nisi pupillus ante institutionem alium præsentet, siquidem ratione officii potestatem habet in persona, & bonis pupilli.

107 DECIMOQVARTO. Si concurrant duo præsentati, alter à debitore, altero vero à creditore cui bonorum vniuersitas in qua iuspatronatus existit in pign⁹ data fuit, qui præsentatus fuerit à debitore instituendus erit de Beneficio, vel Capellania, quia creditor nullũ aliud ius habet quam percipiẽdi fructus ex quibus sibi satisfieri poßit, ideoque ius presentandi non habet, *cap. cũ Bartoldus,* & ibi notat, *glos. vltim. de re iudicata.* Et confirmatur quia creditor qui recipit fructus nomine debitoris soluto debito, eos restituere tenetur, vel in sortem computare, *l. 1. & 2. C. de pignorib. cap. 1. & 2. de vsur.* fructus autem qui consistunt in presentatione, nec debitori possunt restitui, nec cum debito compensari, vt notat, *glos. in d. cap. cum Bertoldus,* ideo ei non competit ius presentandi, ita notarunt, *Card. Mantic. d. decis. 140. num. 12.* late, *Doctor Iacobus Brito in rubrica de locato 1. part. §. 2. nu. 15. versicul. ex quo patet.*

108 Ex quo notabiliter infero ad vxorem, cui bonorum mariti retẽtio pro securitate dotis à iudice cõcessa fuit, vel ipsa manens in domo mariti post eius obitum possessionem bonorum propria auctoritate (quod facere potest) aprehendit ratione suę hypothecę secundum late tradita per *Feder. Scotum tom. 2. lib. 4. responso 4. num. 9. & seqq. Bursat. cons. 8. nu. 15. & cons. 9. num. 7. Quesad. diuers. qq. cap. 14. Frac. Marc. decis. 179. & 864. part. 1.* Si enim in predictis bonis mariti sit ius aliquod patronatus ex quo presentandi quoque ius competat ad beneficia, non habebit illud mulier, cum illa bona pleno titulo non possideat, sed ad heredes mariti, illud ius presentãdi pertinebit, ita enim in simili casu ex constitutione quadam Cathalonię resoluit, *Accatius Ripol. var. resolut. cap. 10. num. 54. & seqq.*

110 DECIMOQVINTO. Huc venit discutere quid dicendum de præsentatione facta à conductore Castri, aut Villę cui iuspatronatus annexum est, an talis pręsentatus instituendus sit, & pręferendus præsentato ab ipsius Castri, aut Villę Domino? Qua in re illa distinctio amplectenda est, inter conductorem ad breue tempus, & illum qui ad lõgum conduxit, nam in priorem nõ transit iuspatronatus Castro annexum, *d. cap. cum Bertoldus*, quia in eum per cõductionem nullum ius, aut dominium transfertur, *l. non solet, ff. locati* pręter facultatem percipiendi fructus, *l. necessario, §. fin. ff. de periculo, & commod. rei vend.* & ideo non potest pretendere iuspatronatus; *Boer. decis. 224. num. 9.* latè *Lambert. de iurepatr. lib. 2. part. quæst. 9. principale, art. 2.* In secundũ vero conductorem ad longum tẽpus cum vtile dominium censeatur translatum, *l. 1. §. quod autem, ff. de superficieb. l. 1. §. qui in perpetuum, ff. si ager vectig. clem. 1. §. verum à contrario sensu, & ibi glos. verbo locationes, Card. & Imol. de rebus Ecclesiæ*, Doctissimus *Ioan. Caruallo in sua celebri repet. ad cap. Raynald. 2. part. num. 317. de testam.* Ius pręsentandi habebit, ita *glos. in cap. ex litteris de iurepatr. Paulus de Citadinis tract. de iurepatron. 9. part. num. 12. Petrus Barbosa in l. diuortio, §. si vir, num. 57. ad fin. num. 58. ff. soluto matr.* late *Iacob. Britto, d. rub. de locato* 1. *part. §. 2. num. 13.* alios reffert, & communem dicit, licèt ipse ibi num. 14. à communi discedat vtrumque conductorem parificando, vt neutri ius pręsentandi competat, verum à communi, & recepta sententia minime recedendum:

111 Ex qua communi distinctione infertur, quod cum conductor ad modicum tempus ius pręsentandi non habeat ex ratione de qua sup. solus Dominus Castri, aut Villę, vt verus Patronus pręsentare poterit. Conductor vero ad longum tempus, cuius in eum vtile dominiũ, & possessio translata fuit, ipse

112 & non Dominus pręsentabit. Et idem pari ratione dicendũ de Emphyteuta Feudatario, & similibus in quos vtile dominiũ transfertur; nam & hi ius pręsentandi proculdubio habebũt; & sentit Britto sup. num. 14.

113 DECIMOSEXTO. Si filio familias ius Patronatus competat ipseque & pater pręsentent, pręsentatus à patre ratione patrię potestatis, & vsusfructus quem in bonis filij habet, pręsentato ab eodem filio pręferetur ita reuoluit, *Ioannes Nicolaus Delphinatus in tract. de iurepatr. num. 104.* refert, & sequitur, *Perez de Lara tract. de Anniuers. & Capel. lib. 2. cap. 3. num. 30.* Sed hoc nõ videtur tutum ex traditis per *Iulian. Viuianum in praxi iurispatr. 2. parte lib. 2. cap. 2. nu. 8.* Vbi inquit quod si iuspatr. donetur filio, ei, & nõ patri competit præsentatio, quia quãuis sit quid aduentitium, tamen cũ sit annexum spiritualibus non adquiritur patri, ad textum in *cap. si annum ad fin. & ibi glos. vltima de iudic. lib. 6. Rota Rom. decis. 571. num. 1. apud Farinac. in posthum. tom. 2.* Quapropter prior sententia mihi non probatur nec vera videtur.

114 DECIMOSEPTIMO. Prælationẽ habebit Cõpatronus si fuerit pręsentatus à medietate Compatronorũ, qui excluso præsentato ab alia medietate institui debebit. Tum quia est Compatronus, & vt talis auget numerum Patronorum accedẽdo pręsentationi de se factę iuxta doctrinam, *Abbatis*, & aliorum de quibus sup. num. 61. quibus adde, *Tusch. practic. littera E. conclusione 72.*

n° 72. n. 3. & pulchrã Rotæ decisionem apud *Farinac. decis. 643. n. 3. & 4. in posth. tom. 2.* Tum quia est de genere, & familia fundatoris, per quæ fundamenta ita tenent *Lambert. de iurepatron. lib. 2. 3. part. quæstione 5. art. 7. Viuianus in praxi iurispatron. 2. part. lib. 12. cap. 14. num. 4.*

115 Quod verum habet etiamsi Compatronus non sit de genere, & familia fundatoris, vt ipsi aiunt, sufficit enim ei qualitas Patroni vt hoc beneficium prælationis mereatur ex presumpta fundatoris volũtate qui eum præcæteris dilexisse credẽdũ est ex quo eum in Patronum elegit, & proprijs consanguineis prætulit. Tum denique quia ab surdũ videtur, vt qui mediante sua præsentatione, ius alijs tribuit in beneficijs, & capellanijs, ipse eis deterioris sit cõditionis in eisdẽm er beneficijs, & capellanijs, cũ eligentis persona longe præstantior reputetur, quam electi, & præsentati argumento, *l. inquisitio, C. de solution. cap. quis quis de prabend.*

Ex quo infero, eiusdem iuris censendum esse filium Patroni, ac ipsum Patronum quoad prælationis ius, quando ipse filius idoneus est, cæteris tamen paribus, nã & ea ratione permittitur parenti filium suum ad Beneficium, vel Capellaniam Patronatam præsentare iuxta, *glos. in cap. consuluit 15. de iurepatr.* quam ex multis comprobat, & communem, ac receptam sententiam dicit, *Roch. de iurepatr. verbo honorificum, num. 14. Lamb. Eod. tract. 1. part. lib. 8. quæst. 8. Ioan. Orosius in l. si consul. num. 14. ff. de adopt. pag. 275. D. Valencuela, cons. 173. n. 105. 2. tom.* & cum alijs pluribus, *D. D. Ioan. de Solorz. de Indiar. iure tom. 2. lib. 2. cap. 5. num. 77.* Nam & cæteris paribus Beneficia cõsanguineis conferre valde meritorium est, vt ex alijs scribit, *Ceuallos cõmun. quæst. 275. nu. 3.* & late, *Perez de Lara lib. 2. de Anniuers. cap. 2. à num. 2.*

116 DECIMO OCTAVO. Concurrẽtibus duobus præsentatis, vno absente, & altero presente, iste illi præferendus erit cæteris paribus, quia præsentati præsentia semper requiritur, & ideo absentem ad beneficium præsentari non posse plurimis citatis tradit, *Eugenius, cons. 84.* prout illum refert, & sequitur, *Marcus Anton. de Amatis, decis. 4. num. 24.* & alijs etiam citatis. *Mastrillo decis. 2. Regni Siciliæ, num. 1. & 2.* vbi cum *Lambertino Zerola, & Lelio Caço,* inquit consuetudine introduci non posse quod absens præsentetur.

117 Verum hæc resolutio nullo iure subsistit, atque ita contrarium verius esse arbitror. Nam imprimis beneficium absenti conferri potest *cap. gratia de rescript. lib. 6.* Sic etiã & absens eligi potest, *cap. inotuit de elect. Geminanus in cap. si forte, & in capit. quam sit eodem tit. lib. 6. Flaminius Paris. de resig. beneficiorũ, lib. 10. quæst. 8. num. 6. & 7.* Ergo & præsentari; cum præsentatio, electio, collatio, & institutio, æquali regulentur iure. Solum enim requiritur, quod absens præsentatus, per se, vel procuratorem præsentationem de se factam intra quadrimestre acceptet, vt traddunt DD. proxime citati, quibus adde *Rochum de iurepatr. verbo honorificum, quæst. 36. Lambertin. Eodẽ tract. lib. 2. part. 2. quæst. 5. art. 1. Viuianum in praxi iuris patr. part. 2. lib. 8. cap. 8. num. 12. & 13.* Et quando absens Episcopo est notus, bene potest ab eo institui, ac si personaliter, & corporaliter præsens esset vt per *Abbat. in cap. pastoralis, num. 7.* & ibi omnes de iurepatr. *Zerola in praxi verbo iuspatronatus, nu. 7. vers. ad 7. prope fin.* & post mul-

multos concludit, *Lambert. de iurepatr. lib. 2. 1. part. quæst. 11. artic. 3. Mastrilio, d. decisione 2. num. 4. & 17. Cenedo collectan. 15. ad decretum, nu. 4. vbi, num. 5. ex Lamb. sup. num. 9.* declarat hoc non procedere quando pro forma actus requiritur examinatio personalis, prout in Parrochialibus. Quare si absens maioribus meritis suffultus fuerit, & sic magis idoneus apparuerit, non obstante sua absentia instituendus erit, vt in his terminis concludit, *Mastrillo à num. 13. cum seqq.*

118 DECIMO NONO. Concurrentibus legitimis, & illegitimis, siue spurijs ad Capellaniam, seu Beneficium iurispatronatus, præferendus est legitimus illegitimo, etiam legitimato data inter eos paritate, vt per *Lambert. de iurepatr. 3. part. lib. 2. quæst. 5. art. 15. Iulian. Viuianus in praxi iurispatron. lib. 12. cap. 14. nu. 15. part. 2.*

119 Sed quid si sit disparitas, veluti quia spurius moribus, prudentia, & scientia præstantior est, tunc citra dubium non obstante sua, vel parentum illigitimitate, siue spurietate præferendus erit, ex ratione de qua infra, num. 150. & seq. si fundator cum sibi sanguine coniunctos vocauit spurios, & illegitime natos nô exclusit. Nã spurij verè, & proprie sunt cõsanguinei & dicũtur de parentela; & iure naturæ nulla est differẽtia inter legitimos, & illegtimos licèt de iure ciuili aiud sit iuxta tex. *l. si spurius, ff. vnde cognat. §. vulgo instit. de successione cognat.* & verbũ *sanguinis*, vnde cõsanguinei dicti sunt generale est, & ad omnes refertur qui sanguine contingere possunt, *l. hac parte, ff. vnde cognati, l. vel si sanguine, ff. de manumiss. vind. Tiraq. de retr. linag. §. 1. glos. 9. num. 6. Couar. in 4. 2. part. cap. 6. Thomas Sanchez lib. 7. de Matrimonio, disp. 50. nu. 1. Rojas de succession. cap. 20. num. 42.*

120 Vnde cum spurij, ac illigitimi, de quorum filiatione non dubitatur, ab eodem sanguine, & semine proficiscantur, & inspecta natura sint filij, & consanguinei, in eisquè cadat affectio naturalis, compræhẽsi censeri debent in quacumque dispositione loquente de consanguineis, nisi mens disponentis aliud suadeat, *Bart. in l. pronuntiatio §. fin. in fine, ff. de verbor. sign. & in l. tutelas, nu. 4. ff. de capit diminutione, Ab. in cap. nonnulli, §. sunt & alij in fin. de rescript.*

121 Atque ita inspecie insignis, *Nauar. cons. 4. de iurepatr.* Scriptum reliquit non prohiberi filium legitimum ex patre spurio natum ad Capellaniam præsentari, quinimo non solum admittendum, quin potius in paribus terminis alijs præferendum, & id ipsum late eundem, *Nauar.* sequutus inspecie quoque deffendit *Ceuallos pract. comun. lib. 3. quæst. 762. num. 24. & plurimis sequent. Nicolaus Garcia de Benefic. 7. part. cap. 15. num. 46. & seqq.* Vbi quod si in fundatione Capellaniæ dicatur vt presentetur consanguineus proximior, spurius, seu illegitimus, vel descendens ex eo proximior præfertur remotiori etiam legitimo, & de legitimo descendenti, & num. 48. aduersus, *Azeued.* &

122 alios infert ad legatum pium, & dotationem relictam pro consanguineis testatoris, vt debeat dari ipsius consanguineis spurijs, seu venientibus per viam bastardiæ. Et in specie est pulchra decisio *Rotæ Romanæ decis. 571. ex congestis per Farinac in posthum. tom. 2.* vbi decisum fuit in fauorem cuiusdam Didaci ex Ioanne Spurio descendendentis per eademet superiora fundamenta.

123 Et in filio spurio, quod ipsemet sit capax successionis iuris patro-

patronatus Ecclesiastici, est quoq; alia decisio, *Rotæ Romanæ* apud eundem, *Farinacium 1. tom. decis. 521. num. fin.* vbi ita dicitur. *Vltimo non obstare visum fuit quod Antonius esset illegitimus tanquam filius fratris, & Commendatoris Ordinis Militaris Sancti Ioannis, cum nec versemur in Iurepatr. Gentilitio, nec in illo, à quo illegitimi expresse sint exclusi, quibus cessantibus Antonius non est incapax illius Iuris patron. Bald. in l. eam quã in fin. C. de fideicom. Rochus de iurepatron. verbo competens, num. 9. Lãbert. Eod. tract. 1. part. lib. 1. quæst. 7. art. 13. num. 4. & 6. Gigas in tract. de pensionib. quæst. 16. num. 2. & facit tex. in cap. piæ mentis, & cap. Frigentius 16. quæst. 7. ex quibus ita conclusum fuit.* Hactenus Rota quæ decisio etiam repetitur, *in posthum. tom. 1. decisione* 530. vbi ad literam quoque habetur adde D. D. *Ioan. Solorzan. 2. tom. de Ind. iur. lib. 2. cap. 17. nu. 24.* quidquid aliud tenere videatur *Rojas de succes. cap. 20. à num. 9. & seqq.*

124 VIGESSIMO. Deueniendo iam ad alias qualitates quibus Oppositores ad huiusmodi Beneficia Iurispatr. prælatione digni sunt seclussis vocatis, & specialiter nominatis qui ex lege fundatoris necessario instituendi sunt iuxta superius dicta, num. 1. Illa qualitas imprimis magnifacienda erit, quæ in litterarum scientia fundamentum habuerit, atque ita literati priori loco semper collocandi erunt, & non literatis præferendi, ita scribunt post alios, *Iulianus Vinian: in praxi iurispatr. 2. part. lib. 12. cap. 14. num. 8. & 9. Hermosilla ad Greg. in prolog. glos. 2. num. 6. & 10.* Idque ob magnos fructus quos literari vi-

125 ri in Ecclesia Dei, & in Repub. facere solent, qua ratione Eclesiam viris literatis maxime indigere dicitur in *cap. ex eo election. lib. 6.* & non asinis ferratis, vt ibi, *addit. glos. & Ioan. Monach. num. 1.*

126 Quantum enim sua doctrina viri docti spiritualiter cõsulant animabus, tantum damni, & detrimenti in docti sua ignorantia afferrunt, cum ipsa sit mater cunctorum errorum, *cap. ignorantia 38. dist. cap. nisi cum pridem, §. vt pro deffectu de renũt.*

127 *Hieronym. Gonzalez ad Reg. 8. Cancellar. glos. 4. num. 37.* Nan literati, in Ecclesia dicuntur Stellæ, & fulgent veluti splendor firmamenti, *c. fin. de magistr.* & habere in Ecclesia viros scientificos concernit fauorem fidei, & exaltationem vniuersalis Ecclesiæ, *Geminian, consil. 37. sub num. 6. versic. Sed ista conclusio, Gonzalez sup. num. 5.* Et ideo omnia iura viris literatis magnopere semper detuleſunt, eisque de beneficijs Ecclesiasticis prouideri enixe curarũt, *c. graue 29. c. de multa de prebend.* & cũ alijs multis, *Gonzal. d. glos. 4. à num. 1. Caruallo in c. Raynaldus 1. part. num. 64. de testam.* Vnde fit, quod communi omnium consensu literatorum virorum magna semper habenda sit ratio, in his præsentationibus, electionibus, nominationibus, & institutionib. vt cæteris non literatis præferantur, vt constat ex *Viuiano sup. Perez de Lara lib. 2. de Capellan. cap. 3. num. Mastrillo decisione 2. num. 15. Hermosilla in additionibus ad Greg. in prologo glos. 2. num. 100. D. Episcop. Valencuela Velazquez. consilio 1. à num. 47. vsque ad 57. Ioann. Gutier. consil. 2. numero 27.* & alij passim.

128 Sed proh. dolor quia ad isthæc beneficia iurispatron. fere semper eliguntur, & præsentatur ignari, & idiotæ, qui vix primas literas à limine salutarunt, ex quo dixit, *Rebuf. in tract. de pacificis posses. n. 216.* quod cum istorum sit numerus infinitus, ipsi sunt, qui pinguiora, & melio-

meliora possident beneficia, cum ad rapiendum tantum beneficia ani mum habeant, & non ad literas, qui bus erudiri inescati bona negligunt, & pauperes moriuntur, & sic ple rumque melioris sunt conditionis quam literati, quod maximè detestantur iura, *cap. cum qui de Præbend. lib.6.*

130 Sed quoniam hic incidit sermo de viris doctis, & literatis reticendum non putaui rectum Ordinem inter ipsos habendum in concursu ad istius modi beneficia, & capellanias, cum is sit præcipuus instituti nostri Scopus. Nam cum alij sint Doctores, alij Magistri, alij Licenciati, alij Bachalaurei, alij denique omnibus his gradibus destituti, oportebit maximè inter eos discriminis rationem haber, insimulque perpendi an prædictos gradus in aliqua insigni Vniuersitate per rigurosum examen obtenuissent, secundum tradita per *Rebuf. in concordatis, tit. de Regia ad Prælaturas nominatione, §. 1. verbo famosa, & verbo rigore examinis, pag. 130.* Doctor igitur præfertur Licenciato, & Licenciatus Bacchalanreo, & Bachalaureus Scholari; & qui fuerit Graduatus in Vtroque, simplici Graduato præferendus erit, vt per eundem, *Rebuf. in tract. nominat. quæst 21. num. 3. & 44. Ceuallos practic. communi, quæst. 693. num. 38.*

131 Quod tamen intellige, vt per *Felin. in rub. de maiorit. & obed. col. 3.* dicentem quod Doctor in vtroque iure qui ignorat Canones non præcedit bonum Canonistam, sequitur *Marzarius consilio 26. num. 63.* Verũ Doctoratus qualitas magna reputatur, *l. Magistros, C. de professor. cap. quanto de Magist.* & eius in concursu prælationem habet. *Ludouis. decis. 11. num. 4. & ibi, Beltraminius,* hanc qualitatem per Rotam consideratam fuisse testatur.

132 Sed an Doctor iuris præferatur Magistro in Sacra Theologia dubitationis est? Communis distinctio obtinuit tandem, quod si in loco, vel circa, hæreses pululauerint tuc citra dubium Theologus Canonista præferendus est, sin vero aliter, Canonista Theologo; ita post alios probarunt, *Ioannes Montaigne siue Boerius de auctoritate Magni. Consilij, num. 88. Lambert. de iurepatr. lib. 2. part. 3. quæst. 5. art. 12. & quæst. 6. art. 21. vers. & hæc magis Bobad. in Politica lib. 1. cap. 6. num. 14. Ceuallos sup. num. 38. ad fin.* & cum alijs *Perez de Lara d. lib. 2. cap. 3. num. 31. Viuianus in praxi iurispatr. 2. part. lib. 12. cap. 14. a num. 10 Rebuf. d. tit. de Regia ad Prælaturas nominat. §. 1. verbo Licenciatum. versic. quæro an Rex pag. 128.*

133 Vbi commendans vt melius regimen Iurisperitorum, quã Theologorum, inquit, quod per Theologos vix vnquam benè regitur Ecclesia, populus, aut clerus; & credentes scire præ cæteris intrincant negotia; & Canonistas secundum ius procedentes odio habent, & de casibus interrogati sæpius cõtra iura respondent.

134 Illi vero qui per famosas Vniuersitates præcedẽte rigurosò examine graduati fuerint, alijs præferendi erunt, habent enim præsumptionem pro se, quod cæteris idoneiores sint. Sed hæc præsumptio non est adeo certa, & firma quin sæpius fallat: cum sæpe inueniantur aliqui longe eminentiores, alijs inferioribus Vniuersitatibus graduati, & minoribus etiam gradibus insigniti; quapropter comperta veritate prædictis Doctoribus, & Licenciatis præferendi erũt quoties illis peritiores apparuerint. Non enim gradus simpliciter; & absolute homines doctos faciunt, sed

G tinue

continuæ vigiliæ, labores, & studia, secundum rationem, tex. in *l. 2. C. de officio præfecti Prætoris Africæ*, ibi, *Prouidemus vnumquenque secundum labores suos ad maiores, & meliores gradus, & ad maiores dignitates ducere l. 2. C. de offic. Magistri*, ibi, *Vt is gradus cæteros antecedat, quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire*, *l. 10. tit. 15. part. 1.* ibi. *El que fuesse mas letrado.*

135 Et facit illud, Non locus aut gradus Sanctum faciunt Sacerdotem, sed vita, & mores, *cap. 1. & 2. 40. dist, Cassaneus in Catalogo gloriæ mundi considerat. 36. versic. Doctorum tamen*, vbi alia adducit. Atque ita fit quod Scholasticus excellentis doctrinæ præcedit Doctorem minus doctum, vt est *glos. in l. 1. C. de annon. ciuilibus, lib. 11. Rebuf. in tractat. nominationum, quæstione 21. numero 11.* ex pluribus, *Tiraquel. in præfat. ad tractat. de primogen. numero 210. in fin. Mendez de Castro in d. l. 1. notab. 2. num. 1.*

136 Et si plures Doctores eiusdem scientiæ concurrant, antiquior graduatus præferetur, *l. 1.* ibi, *antiquissimus prior, ff. de albo inscribendo, l. 1. C. de consulibus, lib. 12. l. 2. C. Vt dignat ordo seruetur Ioann. de Platea in l. fin. C. de Tyronib. eod. l. Decius in capit. Nicolao de Appellat. Gregorius in l. 12. titulo 5. part. 1. Gaspar Anton. Thesaur. lib. 1. quæstionum forens. quæstione 48. numero 5. D. Episcopus D. Ioan. Baptista Valencuela, consil. 34. n. 34.* & cum alijs multis, *Hermosilla ad Gregor. in prologo, glosa 2. numero 3. tom. 1. Mastrillo de Magistratib. lib. 5. cap. 4. num. 14.*

137 Quod tamen limita primò, nisi vnus Doctor esset in vtroque iure, quia tunc alteri Doctori in vno tantum præferendus erit, etiam antiquiori in gradu, quia duo vincula, & qualitates vna fortiores sunt, *cap. 1. de treuga, & pace auth. itaque C. de sucession:* per quæ iura ita in specie concludunt, *Rebuf. d. quæstione 21. numero 43. Mastrillo, decisione 2. numero 15. & de Magistrat. lib. 5. cap. 4. numero 19. Cassan.* omnino videndus in *Catalago, glor. mundi decima part. consideratione 33.* Vbi id tripliciter declarat. Primo vt procedat cæteris paribus ex *Dec.*

138 *in cap. Clerici, num. 48. de iudic.* Secundo vt duplex qualitas dignitatis tunc ad prælationem attendatur quando dignitas augmentata de perse est talis, vt de ea possit fieri comparatio ad aliam simplicem, vt puta siquis est Doctor in Iure Canonico tantum, alius vero in eodem iure, & Ciuili simul tunc enim vna dignitas potest alteri æquiparari, & alia est super abundans, secus vero si ambæ essent inferiores, & nulla earum comparationem haberet, veluti siquis esset Doctor in Iure Ciuili, & Medicina, aut in Artibus, nam hoc casu semper præfertur Doctor in Iure Canonico, quoniam de nulla earum potest fieri comparatio ad illam, & ille gradus solus videtur esse potentior, & efficacior ideo præfertur. Ita concludit. *Roman. consil. 333. quoad 1. & Dec. sup. nu-*

139 *mero 37.* Tertio denique nisi consuetudo aliter se habeat, quæ in his prælationibus multum ponderis habet, *Dec. vbi proxime, numero 49. Casan. sup.* qui multipliciter exemplificant. Quod tamen intellige nisi consuetudo irrationabilis sit quia tunc seruanda non est.

140 Secundo limita, nisi iunior maiori doctrina, & scientia antiquiorem excederet ex sententia, *glos. in d. l. 1. C. de annon. & tribut. Socin. in l. cum quid numero 1. ff. si certum pet. Roman. in l. Si vero §. de viro, ff. soluto matrim. Dec. in d. cap. Clerici, nume-*

numero 38. *&* 43. *de iudic.* Latissime omnino videndus, *Mazarius consil.* 97. *per tot.* vbi multis illustrat, *Mendez de Castro in d. l.* 1. *notab.* 2. *numero* 1. *& seqq. C. de annonis ciuilib.* bene etiam explicat.

141 Tertio limita, nisi posterior maior sit in ordine, vt puta si prior tempore esse Diaconus, & posterior Præsbyter ita, *Riccius in praxi Episcopali decisione* 579. *Stephan. Gratian. decisione Marchiæ* 161. Vbi bene examinat, sequitur, *Hermosilla in d. glos. Prologi, num.* 5.

142 Concurrentibus autem pluribus Doctoribus in diuersis scientijs, & facultatibus Doctor Theologus, siue Magister præferendus est Doctori Canonistæ, & Legistæ etiam in vtroque *Iafred. Lanfranc. decis.* 31. *Hermosilla sup. numero* 100. *ad fin. Mazarius, d. consil.* 97. *num.* 6. vbi quod Doctor Canonũ, & Theologiæ præfertur simplici Theologo. Quod tamen intellige iuxta distinctionem de qua sup. nu-
143 mero 132. Et Doctor Canonista præfertur Legistæ, & Legista, Doctori Medico. *Antonius Faber in suo Codice titulo de dignitatibus diffinitione* 10. *Hermosilla, d. numero* 100. & concludunt supra citati. Et Bachalaureus in Theologia Magistro Artium, *Riccius collectan.* 241. *Versic. igitur nota Rebuf. d. tract. nominationum, quæstione* 21. *numero* 40. *& seqq.*

144 Nec valebit dicere prædictos gradus ad isthæc beneficia seu Capellanias iurispatronatus nihil prodesse cum Capellani non teneantur populum instruere, aut erudire quia hoc onus curatis incumbit, vt scripsit, *Ioan. Gutier. cons.* 2. *num.* 25. *Vers. non obstat, & nu.* 27. in quo sane miror virum doctissimum, & literarum amantissimum id scripsisse, sed credo quod tanquam aduocatus id fundamentum, & si debile inter alias rationes ad tuendam partem sui clientuli allegasse iuxta consilium, *Cepolæ cautela* 69. quem cum alijs referunt, *Burgos de Paz in præmio legum Tauri, num.* 285. *Petrus Caballus resolutionum criminal. cent.* 3. *casu* 287. *numero.* 82. *& sequent.*

145 Id tamen fundamentum facile deleri potest ex scriptis à *Perez de Lara lib.* 2. *de Anniuers. cap.* 3. *numero* 6. Vbi inquit quod in quantum isti Capellani sunt Clerici, & in sortem Domini vocati, oblata ocasione hoc munus subire tenentur, quod tamen ignari præstare nequibunt.

146 Deinde quia Beneficia Ecclesiastica sunt præmia virtutum, & benemeritorum, ac ideo, vt ipsis iure debita sunt conferenda, *capit. cx eo de elect. lib.* 6. *capit. de multa de præbend.* & ab ignaris auferenda, *capit. fin. de ætate, & qualit. Rebuf. tract. nomination. quæstione* 21. *numero* 47. *Versiculo item doctus debet præferri ignaro*, vbi quod alias peccabit Episcopus cum debeat esse bonus pater familias, & dispenssare bona Ecclesiastica cuicunque prout decet, & oportet, & quod sic limitatur, *cap. relatum de præbend.* vbi Episcopo datur libera facultas, in electione personarum quia hoc precedit data paritate secundum, *Panormit. in cap. tuis, num.* 1. *de præbendis.*

147 Cæterum post hæc scripta inueni notabilem, *Rotæ Romanæ decisionem* 16. *numero* 4. *partit.* 2. *diuersorum*, quæ Ioãnis Guterij opinionem aperte confirmare videtur, ibi, *Etenim in terminis præsentationis ad Capellaniam, penitus illiceratum solum esse inhabilem iudicauit ad beneficia curata in quibus requiritur industria vel consilium, vel in Canonica*

tis Cathedrali, at secus in beneficio simplici, vt declarat Rota decisione 13. de probat. in antiquis Staphileus de literis gratiæ in 9. forma expectatiuæ, numero 23.

148 Verum hæc decisio minime obstat quia loquitur in casu præsentationis, quando videlicet quis fuit præsentatus ab omnibus, vel à maiori parte Patronorum, vt constat, ibi, numero 6. *versic. prædicta, & numero* 7. Secus vero dicendum si detur concursus inter plures præsentatos prout in casu de quo *Gutier. d. consil.* 2. tunc enim dignioris electio, & institutio necessario facienda est, vt in eadē decisione declaratur, *n.*8. *vers. non obstant.* In quo tamen illud semper obseruandum, quod & si patronorū præsentatio valida sit, quando minus idoneum præsentant, cum possint magis idoneū præsentare, in foro tamen cōscientiæ peccati mortalis rei erunt, vt concludit cum alijs eadem et decisio, num. 9. & superius ad notatū

149 est. Deinde obseruandū quod cæteris paribus præferendus erit qui melius scit cantare, & construere, *glos. in clem.* 1. *verbo reputamus de concessione præb. l.* 37. *tit.* 5. *part.* 1. *Gregor. in l.* 5. *tit.* 15. *verbo digno part.* 1. *Cevallos in appendice ad quæstion.* 693. *num.* 12.

150 Quarto denique limitatur superior doctrina, vt procedat quando literatos viros mores adornāt, prudentia, & aliæ virtutes eos commendabiles faciunt, *cap. cum incunctis, cap. inotuit* 20. *de Election. ibi literarum scientia, morum honestas, vitæ virtus, & fama personæ, cap. si forte eodem tit. lib.*6. *cap. fin. de præsumpt.* & cum alijs, *Hieronym. Gonçalez ad Regul.* 8. *Cancel. glos.* 4. *num.* 107. & est optima, *decisio Rotæ ex congestis per Farinac.* 219. *num.* 5. *in posthum. tom.* 1. Episcopus enim in concursu debet habere præoculis non solum scientiam, sed etiā mores, & prudentiam eligendi, *Rota decis.* 39. *num.* 2. *apud Farin. tom.* 2. *Ludouisius decis.* 11. *num.* 5.

151 Præterea inter eosdem Doctores præferendi quoque erūnt legētes non legentibus, *l.* 2. *C. vt dignitatū Ordo seruetur. Decius in capit. Clerici, num.*46. *& seqq. de iudicis. Rebuf. in tract. nominat. quæst.* 21. *num.*48.

152 Sed & omnibus præferēdus qui librum aliquem cōposuerit: quod sane vigiliarum plenum sudorisque negotium est teste *Luca de Penna in l. mulieres col. penul. C. de dignitatib. lib.* 12. quia tales non solum sibi laborant, sed omnibus exquirētibus veritatem, *Eccles.* 24. *in fin.* Et fulgebunt quasi splendor firmamēti qui ad iustitiam erudiunt multos, & quasi stellæ in perpetuas æternitates, & de his potest dici Beati qui seminant super aquas, id est super populos. *Esai. capit.* 32. *in fin. cap. cum Marthæ de celebrat. Missar.* §. *verum in fin.* Semen enim in chartis satis perpetuum manet, & quilibet lector inde metens, potest summere incrementa, quod vero verbo effunditur tanquam naturaliter fluidum, non sic de facili germinat, cum interdum supra petram, & secus viam, & inter spinas cadat vt est in Euangelio. *Lucæ cap.* 8. *Rebuf. num.* 49. *sup.* & id ipsum per eadem penè verba, *Cassaneus in Catalog. glor. mundi,* 3. *parte considerat.* 28. Vbi alia plura adducit, & *Card. Tusch. pract. litera C. conclusiosione* 496. Atque ideo is absque vlla dubitatione tanquam dignior præferri debebit ex eodem, *Rebuf. in cap. postulasti, num.* 317. *de Clerico excommunicat. Viuius, decision.* 355. *nu.* 9. *lib.* 3. *Mastrillo de Magistratib. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 23.

153 Sed hoc intelligas velim de his qui

qui vtiliter scribunt, quorum labor in communi omnibus proficuus esse potest, tum nouos commentarios edendo, tum aliorum scripta vltra etiam, nouis doctrinis, & argumentis illustrando, tum denique, quæ varijs voluminibus dispersa sunt fuis laboribus, & vigilijs in vnum recoligentes scitè, & ordinatè disposuerint, prout plurimos fecisse comperimus, in quo eorum opera valde fructuosa, & vtilia esse agnoscimus. Et tandem pro omnium comprobatione illud sine pudore iactare possumus quod *Plinius in prologo Natu-*

154 *ralis histor.* scriptum reliquit. *Quod nullus liber est tam malus quin posit in aliqua parte prodesse*, de quo meminit, *Balbus in præfat. tract. de præscript. numero* 8. *Mantua in cap. quoniam Abbas, numero fin. de offic. delegat.* Et aperte insinuauit, *Ouid. in Epistola Phedræ Hypolito in principio.*

Per lege quocunque est, quid Epistola lecta nocebit?
Te quoque in hac aliquid quid iuuet esse potest.

155 Redeundo igitur ad rem illud ommittendum non duxi, quod *Lambert. de iurepatronat. lib. 2. 3. part. quæstione* 5. *articul.* 1. *numero* 8. scripsit quod licèt facile sit discernere doctum ab in docto, & continentem ab incontinenti, difficile tamen inter duos doctos, & probos viros, quis eorum dignior sit, ideo rem arduam esse, & quæ magna Sapientia, & Diuino auxilio indiget, *Cardinal. Paleotus de Sacri Consistorij consultationibus 4. part. quæstione* 1. *versiculo secundo sciendum Perez de Lara, dict. cap.* 2. *numero* 34. *& sequentibus*. Quare cum casus occurrerit, quod frequenter accidere poterit ad orationem cōfugere opus erit, prout fecerunt Apostoli in electione Sancti Mathiæ. Actor. 1.

156 VIGESSIMO SECVNDO. Prælationem quoque cæteris paribus, Nobiles habent, non secus ac literati circa beneficia Ecclesiastica, & ideo eodem iure quo isti ad beneficiorum pluralitatem dispensantur, *cap. de multa* 30. *capit. venerabilis* 37. *de præbend.* late, *Felin. in capit. cum adeo, numero* 6. *de rescriptis Abb. per textum,* ibi, *in capit. dudum in* 1. *num.* 2. *de election. Lambert. de iurepatronat. lib. 2. part. 3. quæstione* 5. *artic.* 9. *Viuianus in praxi iurepatronat.* 2. *part. lib.* 12. *capit.* 14. *num.* 6.

157 Quemadmodum enim in officijs, & muneribus Sæcularibus Nodiles ignobilibus præferuntur, prout ex pluribus latè comprobat, *Hermosilla ad Gregor. in prologo glos.* 2. *numero* 1. *&* 109. *Riccius vbi infra, uumero* 9. Ita etiam in Ecclesiasticis beneficijs, & dignitatibus eandem prælationem habere debebunt, *glos. notabil, in l. Societates contrahuntur* 5. *verbo suplet, ff. pro Socio*, quam ibi communiter commendarunt Doctores, vt testatur plurimis alijs adductis, *Tiraquel. de nobilitate, cap.* 20. *numero* 10. *Cabedo decis. Lusitan.* 73. *numero* 2. *part.* 2. *Perez de Lara, lib. 2. de Anniuersar. cap.* 4. *numero* 1. *Gironda de priuileg. numero* 653. Et magnam semper Nobilitatis rationem habendam fore ostendit, *Ludouic. Gomez in regula de annuali, quæstione* 1. plurimos in id adducēs, *Ceuallos*, & alij inferius referendi.

158 Quo fit vt si à diuersis Patronis pariuocum numero fuerint præsentati Nobiles, & Ignobiles, cæteris paribus Nobilis semper præferendus erit, *Lambert. dict. artic.* 9. *Tiraq. nu.* 11. *sup Ceuallos pract. commun. quæstione* 693. *num.* 32. *& seq. Federicus Scotus tom.* 2. *respons. lib.* 5

responso 10. *num.*76. *& seqq. Girond. num.*654. *sup. Mastrillo decision. Regni Siciliæ* 2. *num.*15. *Viuianus, d. num.* 6. qui plures alios referunt, & communem dicunt, ex pluribus quoq; *Riccius in praxi aurea resolutione* 446. *num.*7. *& seqq.* Quod adeo verum est, vt Episcopus in hoc paritatis casu gratificari non posit, sed necessario Nobilem præferre debet, vt ex alijs scribunt, *Lambertin. & Tiraquelus* proximi citati.

159 Et eadem paritatis ratione ob quam Nobilis Ignobili præfertur, fruitur quodque Potens, vt Impotenti præferatur etiam, quoties Ecclesia potentia indigere compertum fuerit, vt eius iura melius conseruentur, *glos. in cap. constitutus verbo impotentiam, & ibi, Abbas de appellat.* Ecclesiæ namque necessitas est iusta causa vt quis præferatur, prout etiam reputatur talis ad dispensandum super beneficiorũ pluralitate, vt clare probatur in *cap. at si illa* 1. *quæst.*7. *in d. cap. multa de præbend.* late comprobat, *Riccius sup. numero* 12. *&* 13. *& num.* 14. idem de vtilitate Ecclesiarum resoluit, vbi pluribus late quoque confirmat, concludens quo vtilitatis, & necessitatis causa quo ad hoc æquiparantur à iure ex *Abb. in cap. fin. de reb. Eccles. non alien. & Rodoan. de rebus Eccles. non alien. rub. de causa vtilitatis, num.*20. Quod tamen admittit, *Lambert. sup. art.*10. modo Potens nõ sit prauus ex cuius moribus animarum periculum immineat sequitur, *Viuianus, d. cap.*14. *num.*7.

160 Cæterum cum de iure Nobiles & Literati æquiparentur, vt constat ex d. cap. de multa vbi communiter omnes, & præter eos notauerũt Parladorius, lib. 3. rerum quotid. differentia 6. §. 1. nu. 5. & seqq. Cabriel Aluarez de Velasco de priuileg. pauper. 1. part. quæst. 4. num. 35. vbi plures alios citat.

161 Est tamen quæstio subtilis, & vtilis, An data paritate inter Nobiles, & Literatos præferri debeat Nobilis Literato Ignobili? Et si inspicimus Ordinem literæ de qua in d. *cap. de multa*, ibi, *circa sublimes, & literatas personas*, &c. Ad nobile præferendum facile adducemur, cum vt superius, num. 2. & seqq. Ordinem literæ, dignitatem, & prælationem inducere explurimorum sententia resoluimus.

162 Secundo, quia cum in Nobili, literarum scientia, ac cæteræ virtutes non minus quã in Literato præfulgeant; negari non potest; quin nobilitatis qualitas illi à natura insita, maiorem ei tribuat dignitatem, vnde maius præmium illi esse debet, cum maioribus qualitatibus ornatus existat iuxta doctrinas superius citatas, numero 39. & inferius, dicetur, ac proinde vt dignior nobilis præferendus.

163 Præterea conferunt communes, ac receptæ vbique traditiones, quibus Nobiles in pari causa cæteris præferendos esse docemur, & inter effectus Nobilitatis, hoc vnum prælationis, vt præcipuum Doctores connumerant, & ita in terminis hanc sententiam egregiè tenuit, *Bald. in l. nemini notabili vltim. per illum tex. C. aduocat. diuersor. iudic.* quem sequitur, *Felinus in rubrica de maiorit. & obed. col.* 1. *vers. & in procedendo, & in cap. Clerici col. pen. versic. Doctor qui de iudicis, Catellianus Cotta in memorabilibus iuris verbo Doctor Literatus, & nobilis pagina* 218. & alij inferius referendi.

164 Pro contraria vero parte suadet maxime, quia sola scientia nobilitat quenquam, vt multis auctoritatibus latè post alios probat, *Ioan. de Caruallo in cap. Raynaldus de testam.* 1. *part. num.*264. *& seqq.* Nam & sciẽtia

tia non tantum nobilem sed & nobilissimum facit, *l. probidendum 7. & ibi, Cinius C. de postuland. l. 2. §. fin. in fin. ff. de excusat. tut. l. iudices 12. C. de dignit. lib. 12. Cassaneus Catal. gloe. mund. 10. part. consid. 24. & 35. Gab. Velasc. sup. num. 33.* latè *Felin. in cap. cum adeo. num. 8. & 9. de rescriptis,* vbi reffert, *glos. in cap. quoniam vetus 25. verbo inuidia 24. quæst. 1.* vbi cũ Papæ electores redarguerentur,
165 quod ignobilem elegissent, responderunt Piscatori successorem quærimus, non Augusto. *Lambert. d. art. 9. num. 2. Cotta in suis memorabilib. verbo nobilitas habetur versic. & quamuis, pag. 603. Perez de Lara lib. 2. de Capellan. cap. 3. nu. 7. & 8.* Ad quod est opt. tex. in *cap. Venerabilis 36. de præbend.* ibi, *Nos igitur attẽdentes, quod non generis, sed virtutum nobilitas, vitæque honestas gratum Deo faciũt, & idoneum seruitorem,* notat in specie, *Viuianus, d. lib. 12. cap. 14. num. 6.*
166 Imo nobilitatem ex scientia adquisitam nobilitati generis præualere tradidit, *Cin. in d. l. prouidendũ, num. 6.* & probatur in *cap. nunquam 56. dict. Alexand. cons. 213. num. 9. lib. 6.* late *Bonus de Curte in tract. de nobilit. 3. part. num. 3. & seqq.* plenius, *Tiraq. Eodem tract. cap. 5. Gab. Aluarez de Velasc. d. quæst. 4. nu. 34.* vbi multis probat potentiorem esse nobilitatem, quæ à virtute, quã quæ à maioribus originem ducit, ad quod est pulcherrima, *l. 6. tit. 9. part. 2. ibi, E nobles son llamados en dos maneras, o por linage, o por bondad, y como quier que el linage es noble cosa, la bondad passa y vence.* Notat *Hermosilla ad Greg. 1. tom. in prologo, glos. 3. numero 2. & 3.* vbi alios reffert.
167 Hinc *Barbatia, cons. 57. col. 6. vers. præterea pondero, lib. 2. & in cap. ad aures, col. 4. de rescript. & in extrauag. volentes verbo nobiles,* inquit, quod Doctor literatus, & ignobilis præfertur Doctori nobili, & literato per id quod in simili voluit, *glosa* quam dicit singularem in *dict. cap. numquam per textum ibi. 56. distinct.* illum esse magis laudandum qui natus ex parentibus prorsus alienis moribus, se se virtutibus addixerit, quam qui ex bonis probisque parentibus natus, ipse quoque bonus, & probus est, tradit etiam, *Dec. in cap. Clerici num. 54. de iudic.*
168 Pro qua sententia facit etiam, *glos. Singularis in cap. fidelici 50. dist.* dum colligit ex illo tex. quod potius est eligendus qui peccauit, & pœnituit, quam qui semper fuit bonus. Fidelior enim factus fuit Petrus postquam fidem se perdidisse defleuit, vt ibi dicit tex. Diui Ambrosij, & hanc glos. ad hoc notat, *Ludou. Roman. singul. 744. sunt electi*: & late tradit, *Felinus in cap. ea te, col. 10. limitatione 3. de rescript. Castellan. Cotta dict. verbo Doctor literatus ad med.* vbi quod iudicio suo, id eis concedi videtur, vt à malis moribus facilius, reuocentur, *Bobad. in Polit. lib. 1. cap. 3. num. 77.*
199 Verum prior sententia mihi magis placet, & ita Nobilem sanguinis, æquali literatura, & virtutibus ornatum Nobili per scientiam facto, extra controuersiam præferẽdum esse existimo. Tum quia naturalia maioris sunt vigoris, & dignitatis quam accidentalia, *l. qui habet, ff. ne tutel. l. fin. C. de his qui veniam ætat. Ioan. Garcia de nobilitate, glos. 35. num. 3. Parlador. lib. 3. rerum quot. differentia 6. §. 1. num. 7. & 8. Azeued. in rubrica, numero 80. tit. 2. lib. 6. Recop. & in l. 2. tit. 10. numero 109. lib. 8. eiusdem Recop.* & cũ alijs, *Caruallo in cap. Raynaldus 1. part. numero 273. de testam.*
170 Deinde quia in Nobili literato duplex decor præfulget, alter maiorum, & alter proprijs virtutibus adqui-

adquisitus. At iure satis compertũ est quod duo vincula, & qualitates vna fortiores sunt, eamque vincũt, *l. re coniuncti 87. ff. de leg. 3. auth. cessante, C. de suis, & legitimis hered. Tiraquellus de pœnis temper. causa 24. numero 4. in fine.* Denique quia & si ignobiles per scientiam nobilitẽtur, nobiles vero ex eadem scientia longe clariores, ac nobiliores efficiuntur, vtpote virtuti virtutem addentes, ex quo digniores euadunt, & nobilitatem habitam nouis qualitatibus ornant, augentque: quod equidem apertè sensisse videtur, *d. l. Regia 6. tit. 9. part. 2.* in illis verbis. *Mas quien las ha entrambas* (scilicet generis nobilitatem, & virtutem) *Este puede ser dicho en verdad Rico home, pues es Rico por linage, y home cumplido por bondad*, Ex quo iure optimo prælationem meretur,

171 Hinc exijt illud Boetij notabile dictum. *Qui suo virtute pollet, & parẽtum habet imagines, magis præferendus est, quia præsumitur etiam magis virtutibus pollere.* Eaque ratione gloriari Alphonsum IX. Partitarum conditorem legimus, in proœmio earundem Partitarum vers. *Y otro si*, vbi uidendus *Gregorius*, & notauit, *Rhedin de Maiestate Princip. verbo, & Princeps Romanus, num. 27. pag. 66.*

172 Estque generale quod qui duplici honore cohonestatus est præferri debet ei, qui alterum tantum habet, vt superius dictum est numero 136. Et præter ibi citatos ex multis quoque scribit, *Tiraq. de nobilit. cap. 5. num. 8.* vbi post. *Felin. & Dec. in cap. Clerici, num. 31. & seqq. de iudicijs*, scribit, quod Miles, & Doctor præfertur Doctori tantum, & Militi tantum, idem *Dec. cons. 161.* numero 2. vbi additio plures etiam reffert. Atque ita hãc sententiam tenet, *Cinus in d. l. prouidendum, C. de postulando, Host. in cap. venerabilis, glos. non multos de præbẽd. Panor. in cap. 1. not. 1. de donat. & in d. cap. venerabilis, num. 4. vers. sed tamen*, & alij plures relati, & sequuti per *Tiraq. sup. num. 7.*

173 Nec obstat illud quod nobilitas per scientiam adquisita, nobilitati generis præfertur, quia procedit quando agitur de sola nobilitate absque eo quod in Nobili literarũ peritia detur, vel non tanta prout in ignobili, nam tunc certum est quod ignobilis literatus, Nobili illiterato præferendus erit, quia per nobilitatem non suppletur deffectus scientiæ, & literaturæ, *Felin. in cap. cum adeo num. 7. & 8. de rescriptis*, & ex pluribus, *Tiraq. de nobilit. cap. 5. num. 9.* vbi ex nonnullorum sententia dicit, quod medriocis doctrina in Nobilibus æquipolet paulo maiori doctrinæ in ignobilibus.

174 Nec etiam obest, *glos. in d. cap. nũquam*, quia & si Ignobilis, qui se virtuti mancipauit sit magis commendandus, quia nullo maiorum virtutis exemplo viam arripuit, non tamen ob hoc erit magis honorandus, qnam nobilis, vt bene per *Abbat. in d. cap. venerabilis, num. 4.*

175 Illud tamen hac in re præ maxime notandum, quod tunc demum Nobilis Ignobili præfertur, quando inter eos paritas morum, scientiæ, & prudentiæ fuerit, secus vero si sit disparitas præsertim in his, quibus eum oportet esse ornatum prout sunt literatura, prudentia, & mores, *Tiraquel. de nobilitat. cap. 20. num. 9. versic. quod si virtus, & nu. 11. 17. & 93. versic. & vt generalius, Marzarius, consil. 26. num. 65. Hermosilla ad Gregorium in prologo, glos. 3. num. 3.* Estque pulchra & notabilis in hac materia decisio Rotæ Romanæ apud *Farinac. 219. num. 5. in posth. tom. 1.* vbi ita dicitur. *Non obstat quod Mutius sit Nobilitatis magis* pers-

perspicuæ maioris ætatis, prior in Doctoratu, & Sacerdotio, Diœcesanus. Robertus, vero alienigena. Mutius nullum beneficium; Robertus vero Parrochialem habeat. Quia etsi istæ qualitates sint alicuius considerationis, vt fuit coram me ponderatum in causa Tudensis Parrochialis quæ allegatur, attamen non videntur tales, quæ solæ possent sufficere quia in effectu substantia rei consistit in tribus supra ponderatis, nempe literatura, prudentia, & moribus, in quibus Mutius minime docet se meliorem, sed potius datur fumus de contrario ex prædictis. In casu vero decisionis Tudens. ille qui obtinuit præualebat etiam in istis tribus, vt patet ex lectura decisionis, &c. Nobilitas namque sine virtute inanis est, *Azeued. in Pisa, lib. 2. cap. 12. num. Simanchas de primog. lib. 5. cap. 11.* vnde ipse, *lib. 3. cap. 23.* egregie cōtendit aduersus eos qui cum nulla ingenij laude floreant, nulla vitæ dignitate, & nullo amplitudinis fructu, ita tamen inani nobilitatis nomine sibi blandiuntur, atque si è cœlo delapsi fuissent, & ij cum ab omni laude sint alienissimi, maiores suos in ore semper habent. Et circa hoc etiam aliqua cumulat, *Tiraq. de nobilit. cap. 22. à principio*, refert. *Cenedo collect. 150. ad Decretales, num 4.*

176 VIGESSIMO SECVNDO. Pauperes Clerici concurrentes cum alijs prælationem iure paupertatis, seu potius pietatis habebunt. Nam vt eis prouideatur, magna pietatis ratio suadet, cum enim Diuinis obsequijs, & Ecclesiasticis officijs se deputauerint, æquissimum profecto est, quod de reditibus Ecclesiæ cōgruam accipiant sustentationē per beneficiorū Ecclesiasticorum adeptionem, *capit. Episcopus 4. de præbend. cap. si pauper eodem, tit. lib. 6.*

177 Est enim Clericus miles cœlestis militiæ, *cap. degradatio vers. actualis de pœnis, lib. 6.* igitur de Ecclesiasticis, & spiritualibus reditibus sustentari debet, *cap. cum secundum de præbend. cap. Ecclesiasticis 12. quæst. 2.* 178 Sunt nāque beneficia panis pauperum, *Gomez. in tract. de expectatiuis, num. 75. ad fin.* prout etiam bona Ecclesiarum, quæ etiam pauperum bona dicuntur, *cap. indignè 22. in fin. cap. aurum 70. 12. quæst. 1.* Ipsique pauperes eorundem bonorū dicuntur Domini, *cap. quod autem 3. 23. quæst. 7.* cum alijs latè congestis per *Hieronym. Gonçalez ad Regulam 8. Cancellar. glos. 2. num. 1.* cum multis seqq. *Gab. Velasc. de priuileg. pauperum 1. part. quæst. 7. ex num. 28.*

179 Quo fit, vt licèt ambitus in omnibus officijs, & beneficijs tam sæcularibus, quam Ecclesiasticis sit reprobatus, vt per totum tit. *ff. & C. ad l. Iuliam de ambitu, l. si quemque versic. tantū de ambitu, C. de Episcopis, & Cleric. cap. Sancimus 1. quæst. 7.* Clerico tamen pauperi pro sui cōditione beneficium congruum ambire licet *Gonçalez sup. num. 11. & 12. Velascus, num. 17. & seqq.* alia 180 adducit, & num. 21. quod pauperi Clerico beneficium debetur potius de iustitia, quam ex gratia, & proptereà rescripta in forma pauperum iustitiæ dicuntur, *glos. in capit. si pauper 30. de præbend. in 6. per tex. in clementina literas eodem tit.* cū alijs per *Staphileum de literis gratiæ, §. nona forma pauperum Hieronym. Gōçalez sup. num. 7. & seqq.*

181 Quibus & alijs rationibus adducti Doctores nostri, Pauperes Clericos, idoneos tamen diuitibus etiā dignioribus præferendos esse communiter tradiderunt, vt videre est apud *Lamb. de iurepat. lib. 2. part. 3. quæst. 5. art. 3. num. 1. & 7. Rocho eodem tract. verbo honorificum, quæst. 15. num. 42. vers. secundo credere Dec. cōsil. 442. num. 14. versic. 6. Nauar. in tract.*

tract. de oratione. Miscellan.43. num. 74. Surd. de aliment. tit.1. quæst.93. num.17. Hieronym. Campan. in suo di uersorio Iuris Canonic. rubrica 6. cap. 3. num. 32. versic. coartatur præterea, Ceuallos pract. commun. quæst.693. numero 3. Rota Romana diuersor. 2. part. decis. 16. num.7. & 10. & decis.150. num. 10. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 211. num. 30. Federicus Scotus, tom.2. responssorum, lib.5. responsso 10. num. 66. & seqq. Ioan. Gutier. consil. 2. nu.13. Valdes in tract. de elemosina, pag.76. colum.3. Perez de Lara lib.2. de Anniuers. cap. 3. numero 11. Iulianus Viuianus in praxi iurispatron. 2. part. lib.12. cap.13. num. 3. & 4. Gabriel Velasc. sup. num. 33. Hieronym. Gonçal. d. glos.2. num.12. Vbi pauperem non beneficiatum concurrentem cum alio beneficiato per Regulam 16. Cancel. præferendum dicit sequitur Velasc. vbi proxime, num.22. & 23.

182 Et hoc tãto magis habebit locũ si Clericus pauper nõ habeat Beneficiũ, & cõcurrat cũ alio illud habente: In quo regula est, quod non habens Beneficiũ præferendus est ei, qui habet, per *c. is cui de præbend. in 6. Rota decis. 26. n. 2. eodẽ tit. in nouis Host. in c. tuã & ibi, Butr. de ætate & qualit. Roch. de iurepatr. verbo honorificũ, q.15. Lamb. eodẽ, tract. lib.2. part. 3. q.5. art. 13. in princ. Seraph. decis. 767. n.1. Ioan. Gut. cons.1. n.42. & 43.* vbi quod alio senssu in iure dicitur idoneus, qui non habet Beneficium ex d. cap. is cui, cuius dispositioni testatorem in dubio se conformare voluisse creditur.

183 Verũ hoc pulchre intellexit Rota Roman. apud *Farin. decis. 61. nu. 4. in posthu. tom.1.* his verbis. *Non obstat quod Franciscus nõ haberet Beneficiũ, vnde ex hoc capite esset præferendus Doctor Escouar qui Beneficium habeat Rebuf. in tract. nominat. quæst. 21. nu.14. & fuit alias decisum in Rota. Quia intelligendum est cæteris paribus, non autem quod ista sola qualitas possit præponderare tot alijs concurrentibus in Escobar, aliàs nimis restringeretur dispositio Sacri Concilij, & frustra admitteretur ad concursum habens aliã Parrochialem, prout talem admittendũ esse resoluit Sacra Congregatio, nisi respondeas in specie huius decisionis non constare quod Franciscus fuerit pauper.* Hactenus Rota. Ergo si constitisset de eius paupertate profecto nõ dubitatet Rota Franciscum præferendum esse vt ipsa ibidem insinuat.

184 Limita tamen superius dicta, vt tũc pauper idoneus præferatur diuiti magis idoneo nisi Ecclesia indigeat, veluti quia debitis onerata est, tunc enim diues institui debet, vt per *Rochum de iurepatr. verbo honorificum, q.15. Lambert. Eodem tract. lib.2. 3. part. quæst. 5. art.3. Viuianus dict. cap.13. n.4.* Hæc tamen limitatio vera esse poterit eo in casu, quo certa habeatur spes de prouiso quod Ecclesiæ debita persoluet, non enim video quod ipsi quantũuis ditissimi id facere soleant, imo eã debita ex bonis fabricæ deputatis solui consuescunt, beneficiarij vero fructus ad ipsos spectantes integre sibi ipsis percipiunt, & rari sunt erga suas Ecclesias liberales.

185 Secundo limita, vt procedat in beneficiorũ prouisione per electionẽ vel admissionẽ in quibus nõ sit data certa forma, vel conditio in fundatione apposita, quia tunc forma illa, vel conditio necessario seruanda erit, prout ad notatum est supra num.1 & declarauit Rota apud *Farinacium decisione 582. centuria 6.* Vbi consanguineus vocatus licèt beneficiatus sit, præfertur alij beneficium non habenti, quamuis iste fuerit præsentatus, & cõsanguineus non. *Seraph. decis.774. n.2. & 3.*

Sed

186 Sed quid si concurrat consangui neus fundatoris diues, cum paupere extraneo, an huic præferendus sit ille? Et præferendum esse consanguineum dicendum videtur ex *Bald. in auth. similiter, num. 4. C. ad legem Falcid.* vbi inquit quod si concurrat simul paupertas, & sanguis, adhuc sanguis præfertur; *Decius consil.* 120. *numero* 4. Nam quando concurrunt plures causæ, attenditur naturalis, & ratio sanguinis, illaque præualet, *l. tutor petitus*, §. *qui cum tutoribus, ff. de excusation. tut. Carrotius decis.* 120. *numero* 8. *&* 10. *vbi numero* 11. ampliat etiam si concurrant merita, & sanguis, nam adhuc sanguis præualet meritis ex *Dec. in cap. quoniam Abbas, numero* 84. *de officio delegat. Roman. singulari* 652. *incipit donatum, & consil.* 207. *numero* 1. appellans ad id singularem tex. in dict. §. *qui cum tutoribus.*

187 Facit etiam quia si pater stipulatur filio, & exprimat se facere propter merita filij, adhuc præualet filiatio, & præsumitur ex causa filiationis, vt actus sustineatur, ita *Bart. Paul. Castr. & Ias. num. 21. in l. quod dicitur in 2. ff. de verborum obligat. Carrot. sup. num.* 12.

188 Id tamen verum esse intellige, quando fundator tacite, vel expresse consanguineos vocauit, cæterũ si de illis nullam mentionem fecit regulis iuris, quæ pauperibus fauent, standum est prout sequenti quæstione latissime resolutum est. Imo & quod magis est, quod licet fundator vellet cõsanguineos præsentari, si tamen non cauit, eius voluntas nihil operabitur Doctores in *l. quidam cum filium per illum textum, ff. de hered. instit. Federicus Scotus* 2. *tom. responssorum lib.* 5. *responsso* 9. *num.* 18. *ad finem.*

189 Quare redeũdo ad nostrũ paupertatis casum, notabiliter amplia superiorẽ doctrinã procedere, vt nõ solũ clerici paupertas hũc prælationis mereatur fauorẽ propter se, sed etiã propter parẽtes, fratres, ac sorores pauperes, vt eos valeat sustẽtare, erudire, educare, & dotare ex fructibus, & reditibus suorũ beneficiorum; in quo sanè suma pietatis ratio viget, vt post. *Nauar. in tract. de oratione Miscellanea* 43. *nu.* 80. tradit, *Alex. Raud. decisione Pisana* 35. *num.* 240. *& decis.* 38. *n.* 318. sequitur *Gabriel Aluarez de Velasco supra num.* 27.

190 Et tãto magis hũc prælationis fauorẽ meretur clericus pauper, si is quoque Nobilis sit, vel aliàs ex ingenuis parentibus natus, quem magis paupertas torqueat, & mendicare verecundum sit, *cap. consideranda* 86. *distinct.* Vbi Episcopis commendantur verecundia pauperum, quæ ingenuos prodit natales, text. opt. in *capit. non solis versic. qui præsertim egere erubescit eadem distinct.* facit illud Lucæ *mendicare erubesco Federicus Scotus, d. responsso* 10. *num.* 69. vbi in specie Nobilis Oppositoris ad Capellaniam concurrentis cum alio Ignobili loquitur.

191 Sed quid si plures pauperes concurrãt, tũc cæteris paribus pauperior præferẽdus est adinstar elemosinæ, quæ magis indigẽti præstãda est secũdũ, *D. Tho.* 2. 2. *q.* 32. *art.* 3. *glos. in c. si quos* 30. *dist.* & cũ alijs, *Valdes, de elemosina, pag.* 76. *n.* 2. vbi post *Host. & Butr. in c. tuã, n.* 7. *vers. si autẽ nõ in odiũ de ætate, & qualit.* extendit ad præsentatioẽ Patroni, & in eadẽ specie arguit, *Feder. Scot.* 2. *to. resp. lib.* 5. *respõsso* 10. *n.* 67. *post Hostien. & Butr.* locis proximi citatis.

192 VIGESSIMO TERTIO. Originarij erga forenses prælationem habent. AEquissimum est enim, vt quo-

quorum mores probati sunt, & per continuam conuersationem experti, alijs ignotis preferatur iuxta *tex. in c. bonæ in 2. de postulat. prælator.* vbi dicitur quod si in loco reperitur idone⁹, nõ debet præfici extrane⁹, *c. nemo inuitus 70. dist.* vbi Episcopus de proprio ciuitatis clero, & nõ de alienoeligi iubetur, *c. hortamur 71. distinct.* vbi opt. *glos.* inquit inspecie quod laic⁹ Patronus non debet præsentare extraneũ quãdo reperitur idoneus in suo Episcopatu, & ibidẽ *Archidian.* notãter dicit, quod Episcopus potest repellere extraneum præsentatum, sequitur *Cardin. Alexand.* ibi: Benè etiam facit tex. in *l. Ecclesijs, C. de Episc. & cleric.* vbi ita summatur, & dicitur, quod ad Ecclesiã sunt promouẽdi illi qui sunt de eadem Ciuitate, & opido, *l. 13. tit. 15. part. 1.* ibi, *y deuen primeramẽte presentar de los hijos de la Iglesia, si los vbiere a tales que sean para ello, y si non de los otros que sean de aquel Obispãdo.* probarunt latissime, *Dec. consil. 442. num. 13. Rochus de iurepatr. verbo honorificum, quæst. 18. num. 35. Lãbert. Eodem tract. 1. part. lib. 2. quæst. 7. artic. 24. & 3. part.* eiusdem lib. *quæst. 5. art. 5. Couar. pract. quæst. 35. num. 5. & 6. Azeued. in l. 24. tit. 3. num. 23. & seqq. lib. 1. Recopil. & cõsil. 24. num. 65. Ioan. Gutier. cons. 2. num. 23. Cenallos pract. commun. quæstione 693. num. 35. & 36.* vbi quod causa originis semper præualere debet, *l. assumptio, ff. ad Municipal.*
193 *Mastrillo decision. 2. num. 14. Late Federic. Scotus, d. responso 10. num. 8.* cũ *pluribus seqq. Salzedo in pract. crimin. cap. 54. num. 9. & 10.* vbi pro hac sententia citat Regulam Cãcellar. *Micres de maioratu 1. part. quæst. 57. num. 2.* & seqq. *& num. 72. & 73. Perez de Lara lib. 2. de Anniuers. cap. 3. num. 19. & 20.*

194 Vbi declarat illum dici forensem, qui in loco natus non est, *Iulianus Viuanius in praxi iurispatr. 2. part. lib. 6. cap. 6. per totum*, vbi, *num. 4.* dicit quod bene erit prius illos de gremio Ecclesiæ, & Diœcesi adiuuare, eisque beneficia conferre, quod si nõn adsint, vel non reperiãtur capaces, tunc exteris notis, & bonis conferantur, in quo infectu idem dicit quod d. lex Partit. & latè, *Humada in notis ad Gregor. pag. 108.*

195 Quod amplia primò, & si forensis dignior sit, non enim ob id Originario idoneo, & digno præferendus erit, vt post *Lucam de Penna* tradit, *Alciat. de præsumpt. regula 1. præsumpt. 37. num. 1. Ludou. Gomez in Regula de Idiomate, quæst. 1.* & multis alijs citatis, *Ioann. Gutier. cons. 2. numero 24. & 25. vers. 3. Federicus Scotus vbi proxime, num. 88.*

Secundo amplia, etiamsi ille extraneus habere literas commendatitias proprij Episcopi, vt post *Cardin. Alexand. & Archidiac.* tradit *Roch. d. verbo honorificum, num. 48. Feder. Scotus sup.* 196

Limita tamen superiora procedere de æquitate, secus de rigore iuris, quo attento quilibet idoneus præsentari potest, siue ille sit ciuis, siue exterus, siue alienigina cuiuscunque nationis ad tex. in cap. *cum venerabilis, & ibi, glos. Abbas, & alij, de præbend. idem Abb. in cap. ea nosci tur de his quæ fiunt à prælatis. Rochus de iurepatron. verbo honorificum, quæst. 4. Hostiens. Butr. & Doctores in cap. significasti de iurepatr. Paulus de Citadini de iurepatr. part. 6. art. 3. quæst. 51. num. 30. Lamb. Eodem tract. 1. part. lib. 2. art. 24. quæst. 7. num. 1. Iulian. Viuianus in praxi iurispatr. 2. part. lib. 6. num. 1. & 2.* Vbi ita hodiè obseruari testatur, & late videndus, *Petrus de Ledesma in Sũma, tom. 2. tract. 7. de iustitia distributiua difficultate 16. pagina 166.*

Vbi

197 Vbi tamen in versic. *digo lo segũdo*, quod cęteris paribꝰ, originario adeo beneficiũ debere inquit, vt non sine scrupulo aliud fieret, propterea quod pro originarijs est præsumptio quod resident, & Ecclesiarũ seruitio attentius incũbent, quod nõ ita datur in forensibus, qui plerunque non eo animo beneficia accipiunt, vt ineis continuò perseuerent, sed quod ipsis pro pensionibus dimissis in proprias patrias reuertentur. Ex quo infert quod si ad beneficium cõcurrant viri in Sacra Theologia, & alijs scientijs peritissimi, & ex Collegijs Maioribus in quibus maior dignitas plerunq; datur, cum tamen de eis probabilis sit præsũptio quod nõ residebũt, digniores minime censendi erunt, sed ij in quibus hæc præsumptio cessat quãuis ipsi minus literati sint, dummodo tamen idonei.

198 Quoad alienigenas vero alterius Regni extant plurimæ Regiæ leges quibus prohibentur in his Hispaniarum Regnis beneficia obtinere, vt sunt, *l.* 14. 15. *&* 17. *tit.* 3. *lib.* 1. *Nouæ Recop.* de quarum legum iustitia agunt, *Couar. practicar. cap.* 36. *num.* 3. *& in Regula possessor* 2. *part.* §. 10. *num.*6. *Dueñas regula* 208. & inspecie *Humada ad Gregior. in l.* 13. *tit.*15. *part.*1. *glos.* 9. *num.* 4. *pag.* 108.

199 Quas tamen leges intellige procedere, nisi defficiant Naturales idonei, tunc enim in eorum deffectu, etiã stantibus prædictis legibus, alienigenæ, & exteri idonei admittendi erunt arg. tex. in *l. generaliter*, §. *Spurios*, *ff. de decurionibus*, vbi probatur quod in deffectum legitimorum spurij admittuntur ad officia decurionatus, iunctis notatis per *Deciũ cons.* 271. *nu.*13. *Mieres de maioratu* 2. *part. quæst.*2. *num.*234 *& seqq.* & inspecie *Perez de Lara lib.*2. *de Anniuers. cap.*4. *num.*112. *&* 120. *& seqq. post Spinum de testamentis, glos.* 3. *principali*, *nu.*32. 35. *&* 36. ita intelligens tex. in *cap. ad decorem de instit.* & satisprobatur, in d. *l.* 13. *tit.*15. *part.*1. in illis verbis, *Si los vbiere à tales que seã para ello*, & alijs iuribus de quibus sup. num. 10. & 16. pulchrè videndus. *Sesse de inhibit, cap.* 5. §. 9. *num.*83. *& seqq.*

200 Deinde intellige, nisi alienigena ex proprijs bonis fundasset beneficium, seu capellaniam, & ad eam cõsanguineos vocaret, quia tunc alienigenæ, si aliàs idonei sint, præferẽdi erunt iuxta *glos. in cap. neminem* 77. *dist.* dum habet quod potius sunt instituendi Clerici de quorum bonis fundata est Ecclesia, quia charitas imprimis exercenda est erga suos, & domesticos, *cap. non satis* 86. *dict.* *Humada in d. l.* 13. *glos.* 2. *n.*1. *ad fin.*

201 Et satis probãt atq; cõfirmãt tradita per *Lambert. tract. de iurepatr. lib.* 2. *part.*3. *art.*16. *&* 17. dum scribit, quod in institutione ille præferendꝰ est qui fuerit præsentatus à Patronis qui plus contulerunt, quãuis, eorum voces inæquali numero sint, quia ex quo plus cõtulerunt pinguiores sunt sequitur. *Viuianus in praxi iurispatron.* 2. *part. lib.*12. *cap.*14. *num.*7.

202 Tertio intellige nisi alienigena habet priuilegium naturalitatis, quia tunc per inde habebitur ac si esset in Regno natus, & oriundus ex adductis per *Ioa. Garc. de nobil.* §. 1. *glo.* 1. *n.*50 *& glos.* 35. *à n.*3. Verũ in hoc casu si naturalis huius Regni cõcurrat cũ extraneo naturalitatis priuilegiũ habente, & iura partiũ sint obscura, cæteris partibus pro naturali pronũtiãdum erit, & ei adiudicãda dignitas, beneficium, vel officium prout in terminis bene resoluit, *Mierrs de maioratu* 1. *part. quæst.* 57. *num.*71.

203 Est tamen notandum, quod nõ dicetur alienigena filius Regnicolæ extra Regnũ natus, quando eius pater non animo mutandi domicilium ad aliam prouinciam se trãstulit causa negotiandi, vel propter Regis seruitium:

uitium: nam licet super hoc variæ, & diuersæ sententiæ sint, prout eas memorat Petr. Barbosa in l. heres absens §. proinde in art. de foro origi nis à num. 9. vbi etiam aliquas concordias refert, illa tamen verior est, & amplectenda, quæ censet huiusmodi filium non esse alienigenam, quam etiã aperte probauit, *l. 19. tit. 3. lib. 1. Recop.* & eã latè cõfirmat, *Salzedo in pract. canon. cap. 54. à num. 27. Barbosa sup. num. 90. & seqq.* & ita ante illam l. pluries iudicatũ fuisse testatur, *Gregor. in l. 2. tit. 24. glos. 5. ad fin. pat. 4.*

204 Vigesimo quarto tam in præsentatis, quã in admissis ad concurssum consideranda quoque erit qualitas maioris Ordinis, & Dignitatis: Nã qui præsbyter fuerit, non præsbytero preponetur, ex quo enim præsbyter est, dignior reputatur, vt post alios resoluunt, *Ioan. Gutier. cons. 2. num. 22. in fin. Mastrillo decis. Regni Siciliæ 2. n. 8. Rota Romana apud Farinac. decis. 1. n. 1. in posth. 1.* & apud *Sera. decis. 968. n. 1. & 2.* & maxime si iã animarũ curã de licẽtia sui prælati exercuerit, ex quo maior habilitas in eo presumetur, vt per eũdẽ sup. n. 6. Est enim dignitas Sacerdotalis omnium maxima vt ex alijs notat, *Mastri. deci. 130. n. 8. & 9.* Hinc est quod siquis in Ordine Diaconatus prior sit, & alter posteriùs presbyteratũ accipiat, iste illi præferendus erit, *Riccius in praxi Episcopali decis. 579. Stephanus Gratianus, decis. Marchiæ 161. Hermosilla in prologo ad Gregor. glos. 2. num. 5.*

205 Quod tamen intelligit, *Perez de Lara, lib. 2. de Anniuersar. cap. 3. n. 17.* Si locus vbi Capellania celebratur egeat Præsbytero, quia tunc alter Oppositor Ordinandus ad titulum illius præferendus erit, si ibi habitator sit, propter commodum, quod ex inde Christi fideles sentient, vt in simili recte tradit, *Soto, lib. 3. de iusti. & iure, q. 6. vers. hinc autem insurgit, pag. 248.* Verumtamen id acciplẽdum erit, quando Sacerdos est forensis & non habitabit in eo loco, aliter namque dubium non videatur quin alteri non Sacerdoti præferẽdus sit iuxta superius dicta, nu. 197.

206 Similiter etiam intellige nisi actu Sacerdos a fundatore vocatus fuerit quo casu necessario præsentandus erit, & aliter præsentatio facta de eo qui non fuerit Sacerdos nulla erit ex *Lara d. lib. 2. cap. 5. n. 20.* & sequent. *Iuliano Viuiano in praxi iurispat. lib. 6. cap. 7. num. 6. & seqq. & nu. 13. & seqq. part. 2. Riccius collectan. 2488. vers. & decimo* vbi citat etiam, *Rotam* apud *Seraphinum decis. 871. & tradit Gironda de priuileg. num. 1172.*

207 Quæ quidem qualitas tempore præsentationis, vel admissionis necessario interuenire debet, nec sufficit aptitudo, *Gutier. cons. 2. nu. 19. Viuianus sup. nu. 15.* de quo vide *Rotam apud Farinac. decis. 496. 1. part. & decision. 216. part. 2. & eundem Gutier. cons. 1. ex nu. 7. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 133. ex n. 1. tom. 1. Hieron. Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. glos. 5. n. 74. & 104. Feder. Scotũ 2. tom. respõs. lib. 5. responso 10. nu. 89. Dianã resolut. moral. 4. part. tract. 4. resolut. 227.*

208 Et si plures Sacerdotes concurrant, antiquior præferendus erit, *Gutier. d. cons. 2. n. 28. Ceuallos in appendice ad quæst. 693. n. 9. Hermosilla in prologo ad Gregor. glos. 2. n. 63.* Et satis cõfirmatur ex his quæ superius dicta sunt, num. 125. & seqq.

209 Denique adeo præsbyterij causa fauorabilis est, vt licet non vocetur Sacerdos, nec Sacerdotiũ requiratur tmepore præsentationis, & sufficiat, quod in potentia sit promouendus, *cap. 2. de instit. lib. 6.* nihilominus tamen præferendus erit, qui actu fue
210 rit Sacerdos, cum plus operetur in esse productum quam quod de nouo pro-

producendum est, vt notatur in *l.1. ff. de aqua pluuia arcend. & in l. Labeo, ff. de statu liber. l. hæ actiones, ff. ad Vellian.* per quæ iura ita in specie tenet, *Dec. cons.442. num.13. vers.4.*

211 Quod tamē duplici modo vtiliter limitabis, primo vt nō procedat in Sacerdote diuite, vel qui alias congruā, & decentē habet sustentationē ex alijs reditibus Ecclesiasticis, aut profanis ex proprio patrimonio secūdū ipsius qualitatē; nā cōcurrēdo cū alio clerico nō Sacerdote etiā in minoribus ordinibus cōstituto paupere tamē, qui ea Capellania indigeret, vt ad eius titulū promoueatur, vel vt ex ipsius reditibus literis operā cōmodius dare valeat, non dubitarē hoc casu hunc clericū illi Sacerdoti præferre, & Sacerdotē tantum præponerē cæteris paribus, vel quādo, & ipse pauper est æque, ac alius, cū tunc non minus intersit eū cōseruari, quā aliū educari argum. *l.1. §. Sed & si 13. ff. de inspic. ventre*; & quæ egregiè tradit, *Emanuel Costa in l. cum tale §. si arbitratu limitat.8. n.5. & seqq. ff. de condit. & demonst.* circa intellectum & rationē, tex. in *l. Sed si hoc 62. §. fin. ff. eodem. Pichard. in §. Sed si vxori 16. num.36. inst. de legat.*

212 Secundo, nisi Clericus in minoribus constitutus magis idoneus appareat, de eoq; magna habeatur spes, quod in Ecclesia proficiet, quo casu Sacerdoti. Etiam preferendus erit iuxta notata sup. n.140. circa Doctorem iuniorē magis idoneū antiquiori præferendū. Nec tunc ei obstabit quod Sacerdoti vltra Præsbyterij qualitatē animarū cura cōmissa fuit, quia id non cōcludit in eo maiorem idoneitatē, sed tantum præsupponit ipsius sufficientia, vt est elegans Rotæ decisio apud *Ludouisiū 11. n.7.* ibi, *Non constat quod Benedictus rexerit Ecclesiā Parrochialē, quia hoc respicit ipsius sufficientiam, sed non concludit, quod in concursu veniat præferendus, vt fuit dictum in Benauentana Parrochiali 13. Iunij 1590. coram Bonæ mem. D. Orano.*

213 Vigessimo Qvinvo in hac prælationis materia habenda est quoque ratio maioris ætatis, cęteris paribus, vt qui maior ætęte fuerit, is alijs prę feratur ex *l. fin. ff. de fidei instr. Dec. d. cons.442. n.12. in fin. Rochus de iurepa. verbo in Ecclesia, q.4. in fin. & verbo honorificū, q.15. Ceuallos. d. q.693. nu.3. Gutier. cons.2. n. fin. Perez de Lara, d. c.3. n.15. Viuiau. in praxi iurepat. 2. part. lib.12. c.14. n.11.* Quæ doctrina regulariter procedit in omnibus dispositionibus, vt exēplis probat idē, *Ceuallos cōmun. tom.3. q.761. n.149. cum pluribus seqq.* Et in materia præcedētiæ, *Hermosi. in d. prologo. glos.2. n.31.* vbi plures refert, quibus adde plures etiā referentē eruditissimū DD. *Ioannem Solorzan. 2. tom. de iur. Ind. lib.2. cap.8. num.20.*

214 Prædicta tamē limita; & vera esse intellige nisi ætate iunior, alijs virtutibus præualeat, quæ illū digniorem faciāt vt latè per *Cass. in catalog. glor. Mūdi 10. part. cōsideratione 30.* vel etiā quia beneficij, aut capellaniæ seruitio aptior est, aliaue aliqua qualitate præcellat, quę illū præferri suadeat, tūc enim vt dignior instituēdus erit arg. Eorū quæ post alios scribit *Anton. Gab. tit. de testibus cōclus.4. n.66.* de testibus iunioribus qui si digniores fuerint Senioribus in eorū dictis præferendi erunt, & illis magis, quā istis credēdū, quod etiā ex alijs latè probat *Farinac. tract. de testibus, quæst.69. num.176.*

215 Secūdo notabiliter limita, nisi ętate maior adeo fuerit senex; vt vel tūc ad seruitiū minus aptus iudicetur, vel intra breue tēpus eū inhabilē fore probabiliter deprehēdatur, tūc enim iunior haud dubie illi præferēdus erit, vt notāter *Rota Romana apud eundē Farin. decis. 215. n.5. ad fin. in posth.*

in posth. tom. 1. ibi, *Et maior ætas in hoc casu nõ merebatur assignari, quia est excessiua nẽpe 65. annor. quo tẽpore si Mutiũs curã haberet, esset potiùs cogitãdũ de coadiuctore ad notata in cap. qualiter cũ seq. 7. q. 1. Caputaq. decis. 129. & 311. part. 1.* pulchre omnino videndus, *Federic. Sect. 2. tom. respons. lib. 5. respõsso 10. num. 60. pag. 350. Burg. de Paz in l. 2. Taur. num. 61.*

216 VIGESSIMO SEXTO tandẽ pro coronide huius disputationis cõcludẽdũ est, quod ille qui pluribus, & maioribus qualitatibus ornatus fuerit, is tãquã dignior cæteris præferẽdꝰ erit, vt ex pluribus resoluit, *Menoch. cons. 51. n. 13. vol. 1. & cons. 126. vol. 2. Mastri. decis. 130. n. 18. & 19. Hermos. in d. prolo. glos. 2. n. 26.* qui plurima in materia præcedentiæ cumularunt.

217 Prudẽs igitur, & disdretus Iudex, cui Iustitiæ staterã æquo libramine moderare mẽs fuerit singulorũ qualitates, & merita diligẽter spectabit, & eũ qui numero pluribus alios excelluerit, facillimè præferet. Sed nõ semper id obseruabit, sed quãdo illæ plures qualitates, & meritorũ rationes per se cõsideratę maiores fuerint.

218 Fieri enim potest quod vniꝰ sola qualitas, & ratio adeo magna sit, vt aliorũ plures vincat, aut saltim adæquet ob quã solã, alijs anteferri iustè mereatur. Nã etsi regulariter plures rationes vna fortiores sint *l. re cõiuncti 87. ff. de legat. 3. auth. cessante C. de suis, & legitimis hered. Tiraq. de pœnis temper. causa 24. in fin.* latè plurimis exẽplis illustrat, *Mexia ad legẽ Toleti fundam. 4. 1. part. nu. 19. & seq.* Id tamẽ nõ procedit quãdo vna ratio fortior est duobus, *l. nã etsi parẽtibus 15. ff. de inoffic. test. l. scripto 6. in fin. ff. vn de liber.* ex pluribus norat, *Card. Mãtic. de cõiect. vlt. volunt. l. 12. tit. 17. n. 16. Mandos. regu. 16. Cance. q. 49. n. 8.*

219 Sic & vna cõiectura violẽta sufficit pro multis, *l. cũ proponebatur ad fin. & ibi Bart. ff. de leg. 2. Mena var. q. 17. n. 28. in fin.* & dictum est sup. nu. 33.

220 Sẽperq; ratio maior excludit minorẽ, *l. si à debitore in fin. ff. de fideiussoribus, l. cui pacto, ff. de seruis export.* quẽadmodũ, & fortior pręsumptio alias minus fortiores, & efficaces vincit, *Alex. cons. 103. n. 15. lib. 1.* cum alijs plurimis in id congestis per *Manticã vbi sup. 7.*

221 Rationis siquidem diuersitas diuersitatem iuris arguit, *l. interpositas, C. de transact.* ibi, *alia ratio ius reformat, l. à Titio, ff. de verbor. obligat. Peregrin. de fideicõmis. art. 16. n. 38.* Vnde cõcludendũ est, quod si vna sola ratio pluribus aliorũ præponderet, illa, vt fortior in hac prælationis materia amplectenda erit, cæteris alijs postergaris.

222 Quod totũ arbitrio, & Religioni iudicatis relinquitur, qui inspecto cuiusque iure, & præ matu rè considerato, quod iustius æquius ve fuerit exequetur arg. *l quæsitum 13. ff. de testib.* cũ in his certa regula tradi nõ posit, *Ab. in cap. cũ inter R. in principio, nu. 5. de elect.* Et veritas, quæ ad vnguem percipi non potest, subtilitati iudicis difeutienda committitur, qui nõ ex vno argumento, sed ex multis iudicare debet, *Bald. cõsil. 154. in fin. vol. 2. Mantica vbi proximè, n. 9.* Atque ita quis debeat præferri, vel nõ pensatis diligenter cuiusq; meritis, ac iuribus electionem arbitrio eius cõmitti, post *Innocent.* tradit *August. Caputus de regimine Reip. cap. 3. num. 48.*

223 Illud tãdem meminisse oportebat, quod Clericus qui aliquã inhabilitatis, vel impedimenti supitionem patitur, in cõcursu omitti debet, & præferri qui ab illa suspitione liber exterit, arg. tex. in *cap. omnipotẽs de accusat.* tradit, *Calder. cons. 9. de probat. Rota Rom. decis. 81. n. 3. apud Farin. tom. 2.*

Deo Opt. Max. gloria & honor & Virgine Matri. Sub cuius patrocinio hoc opusculum in lucem emito.

Summarium huius disputationis.

1 CONDITIONES in fundationibus Beneficiorum appositæ necessario seruādæ erūt.

2 Expræssim nominati cæteris præferendi sunt, & num. 10. amplia.

3 Nominis proprij expressio operatur ne à persona nominata recedi possit.

4 Prius nominati secundum ordinem literæ præferendi, & num. 8. & 11. declaratur.

5 Argumentum ab ordine literæ validissimum.

6 Primo nominati, magis dilecti censentur.

7 Item & digniores.

8 Capellaniæ, & Beneficia Ecclesiastica non nisi vnitatum conferri possunt.

11 Confutatur opinio Dec. & Mieres.

12 Scripturæ ordo non attenditur, quoties de contraria voluntate constat.

14 Ordo scripturæ in dubio sequendus, & eius peruersio actum nullum facit.

15 Prior nominatus, si idoneus non fuerit admittendus non erit.

16 Dispositio omnis de habilitate restringitur.

17 Proximitas non consideratur quando proximior est inhabilis.

18 Ordo literæ tunc attenditur quando est iuri conformis.

19 Stultus non debet esse melioris conditionis, quam peritus.

20 Inhabilitas non tantum consideratur circa personas, quam etiam circa qualitates requisitas. Qualitas respiciens habilitatem personæ ab ea probari debet.

21 Primo nominatus idoneus, secundo idoniori præferendus est intellige, ibi, numero 22.

22 Episcopus digniorē instituere tenetur.

23 Post expressim nominatos præsentari, & institui debent generaliter, collectiuè, aut appellatiuo nomine vocati.

24 Præsentari non possint secundo, aut vlteriori loco vocati, nisi prius constito de obitu priorum.

25 Consanguineis generaliter vocatis, nullo expresso gradu proximior admittendus erit, & num. 26. & n. 34. & seq.

26 Ampliatur licet proximier non tot qualitatibus polleat, sicut remotior.

27 Proximitas consideranda erit respectu fundatoris, non vero vltimi Capellani, & num. 37.

29 Concurrentibus duobus cōsanguineis, alteeo ex vtroque latere, altero vero ex vno tantum coniuncto, quis eorum admittendus sit, & num. seq. 32. & 33.

31 Vocatis simpliciter consanguineis, vel fratribus, intelliguntur vtroque latere coniuncti.

33 Duo vincula vna fortiora sunt, & numero 171.

34 Vocatis simpliciter consanguineis, nulla habita mentione proximiorum, poterunt Patroni remotiores præsentare, & num. seqq. & nu. 38. intelligitur.

36 Testator in dubio cum dispositione iuriscommunis se conformare voluisse præsumitur.

38 Descendentes fundatoris, in dubio semper vocati censentur, & si de illis nulla mentio fiat.

39 Si plures consanguinei sint, in eodem gradu, tunc eorum qualitates pensandæ erunt, & num. 43.

40 Graduum computatio in hac materia quomodo facienda? & num. seq.

41 Refertur distinctio Ceuallos inter consanguineum proximiorem in gradu, & consanguineum proximiorem simpliciter vocatum, & impugnatur, nu. 42.

43 Gratificationi est locus cæteris paribus, ibidem, & num. 69. & 70. Nec eo casu diuisioni est locus, & n. 44.

45 Agnati, & cognati pari regulantur iure, quoad Capellanias, & Beneficia iurispatr.

46 Extraneis vocatis in defectum consanguineorum si tempore vocationis non exciterint consanguinei licèt postea superueniant non reuocabunt extraneorum institutionem.

47 Præsentati à Patronis, si idonei fuerint

 insti-

institaendi erunt. & num. 53. & seqq.
48. Extranei præsentati à Patronis instituendi erunt licet consanguinei extent quando fundator simpliciter dedit facultatem præsentandi.
49. Institutio facta ab Episcopo contempto Patrono nulla est & num. seq. ampliatur.
51. Ad validitatem præsentationis sufficit Patronum esse in quasi possessione.
52. Præsentatus ab eo, qui est in quasi posse sione præfertur præsentato a proprietario.
56. Pluribus præsentatis Episcopus ex illis magis idoneum eligere tenetur.
57. Et ad id concursum facere & num. 70.
59. Quæ dicatur maior pars, & numer. seqq.
61. Patronus præsentationi de se factæ poterit consentire, & auget numerū, & num. 114.
62 Maior pars præsentans indignum non præualet minori dignum præsentanti.
64 Ius patron. iure hereditario defertur.
65 Si plures vni patrono succedant, vnius tantum loco habentur.
66 Limitatur non procedere quando iure legati, aut donationis succeditur.
67 Secūdo quando ius patron. ad singulos vti singulos, & non vti vniuersos spectat.
68 Tertio, quando obseruantia non est in contrarium.
71 Ius patronatus relictum Rectori, & parrochianis, præsentatus a Rectore, & ab aliquibus parrochianis præferendus erit præsentato ab alijs parrochianis et si numero sint plures, & seqq.
72 Rector in hac specie tantam vocem habet, quantam parrochiani.
74. Electio si pertineat ad Episcopum, & Capitulum, Episcopus habet dimidium collationis, & ideo si sei adiungatur vnus ex Canonicis habebit maiorem partem.

75. Præsentatus à viro præferendus est præsentato ab vxore, & num. seqq.
76 Præsentatio est fructus iuris patronatus, & transit cum vniuersitate bonorum.
77 Ius Patr. Si per se subsistat, & ad vxorem pertineat, præsentatus ab ea præfertur præsentato à viro.
78 Et idem erit si vxoris maioratus iuspatr. annexum sit.
79 Sed quid si maritus, & vxor fundarunt Capellaniam, & consanguineos suos vocarunt?
80 Maioratus à viro, & vxore conditi simul, sunt duæ dispositiones.
81 Mariti consanguinei, vxoris consanguineis præferendi erunt. Capellania individua est, & ad vnicum tantum deuenire debet, ibi.
83 Præsentatus à Patrono Clerico præferendus est præsentato à Laico: intellige vt num. 88.
84 Clericus variare non potest.
85 Clerici vox dignior est.
86 Qualitas eligentis, est maxime consideranda ad hoc vt ab eo electus, vt dignior præferatur.
87 Clerici testimonium præualet testimonio laici.
88 Præsentatus à Patrono laico, si maioribus qualitatibus ornatus fuerit præferetur præsentato à Clerico.
89 Idem quando Patroni laici essent optimæ famæ, & opinionis.
90 Præsentatus à Patrono consanguineo fundatoris, præfertur præsentato à Patrono, non consanguineo. Intellige cæteris paribus, ibi, num. 91.
92 Præsentatus à masculo, potius ius habet quam præsentatus à fœmina.
93 Viri consilium firmius, & potentius est, quam fœminæ.
94 Præsentatus à fœmina, si maioribus qualitatibus præstet præferendus est, & num. seqq.
95 Item quando fœmina est bonæ famæ, & opinionis, masculus vero non ita.

96 Item